MCMASTER UNIVERSITY LIBRARY
3 9005 0238 7643 0

McMaster
University
LIBRARIES



Erotiani, Galeni et Herodoti
Glossaria in Hippocratem

Erotiani, Galeni et Herodoti

Glossaria in Hippocratem

Ex recensione Henrici Stephani
Graece et Latine

recensuit
Johann Georg Friedrich Franz



Georg Olms Verlag
Hildesheim · Zürich · New York
2005

Dem Nachdruck liegt das Exemplar der Sächsischen Landesbibliothek - Staats- und Universitätsbibliothek Dresden zugrunde.
Signatur: Lit.Graec.B.3772

∞ ISO 9706
Nachdruck der Ausgabe Leipzig 1780
Gedruckt auf säurefreiem und alterungsbeständigem Papier
Herstellung: DP-Service, 56626 Andernach
Printed in Germany
Georg Olms Verlag AG, Hildesheim 2005
www.olms.de
ISBN 3-487-12923-X

EROTIANI GALENI
ET HERODOTI

GLOSSARIA
IN HIPPOCRATEM

EX RECENSIONE HENRICI STEPHANI

GRAECE ET LATINE

ACCESSERVNT

EMENDATIONES HENRICI STEPHANI
BARTHOLOMAEI EVSTACHII
ADRIANI HERINGAE ETC

RECENSVIT

VARIETATEM LECTIONIS EX MANVSCRIPTIS CODD. DORVILLII ET MOSQVENSI ADDIDIT

SVASQVE ANIMADVERSIONES ADIECIT

IO. GE. FRIDER. FRANZIVS.

LIPSIAE
SVMT. IOHANNIS FRIDERICI IVNII
CIↃIↃCCLXXX.

VIRO

ILLVSTRI EXPERIENTISSIMO

EXCELLENTISSIMO

DOCTISSIMOQVE

DANIELI GVILIELMO TRILLERO

CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO S. A. ELECTORIS SAXONIAE, PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE DOCTORI, PROFESSORI THERAPIAE PVBLICO ORDINARIO IN ACADEMIA AD ALBIM CELEBRATISSIMA, ASSESSORI FACVLTATIS MEDICAE, INSTITVTI BOLOGNIENSIS SOCIO ETC

SENI ANNORVM, DOCTRINAE ET MERITORVM COPIA VENERANDO

PATRONO MAXIMO.

VIR ILLVSTRIS
EXPERIENTISSIME
PATRONE OMNI PIETATIS
CVLTV PROSEQVENDE

Grauiſſimas ſane habeo rationes, cur ad TE vetuſtiſſimum Hippocratis, vetuſtiſſimi medici, interpretem mittere non erubeſcam, ad TE, intimum illum ac veterem Hippocratis amicum, quocum conſenuiſti, quem immortalis nominis gloria et doctrinae omnis, praecipue autem criticae et medicae praeſtantia cum ipſo Hippocrate ſemper perennem, ſemper vene-

 randum,

randum, ſemperque ſerae poſteritati commendabilem eſſe iubebit. Sed et ipſa modeſtia et pietas a me non exigere, ſed poſtulare, non cogere, ſed impellere me videtur, vt publice obſtrictiſſimi animi ſenſa, quae arctis limitibus contineri ſe non ſinunt, TIBI declarem, quum inter reliqua TVI fauoris ſummi erga me documenta hoc quoque eſſe iuſſeris, vt cuperes precibus meis locum relinquendum eſſe, et mihi TVVM Erotianum mitteres comitante Euſtachio, vt mihi editionem ipſius curanti eſſent ad manus atque ſubſidio. Fateor autem ingenue, me Erotiano TVO, aut potius TIBI quam plurima debere, meque TVA gratia ita affectum atque exhilaratum ſentio, vt, quibus verbis animi deditiſſimi obſeruantiam efferre debeam, ignorem penitus. Itaque accipias velim animo hilari ſerenaque fronte hanc meam qualemcumque gratiarum actionem, omni ornatu ſermonis, verborumque elegantia deſtitutam prorſus, at ex animo probo TIBIque penitus conſecrato profectam. Ignoſcas vero, etiam

atque

atque etiam rogo, meae temeritati, qua TVVM nomen illuſtriſſimum opuſculo huic praeponere atque ipſi gratiam commendationemque hac ratione conciliare ſtuduerim. MAGNI enim TRILLERI nomen omnibus, et mihi erit gratiſſimum ſemper, maximaque veneratione et cultu dignum perpetuo. Vnde ea, quae religio a nobis exigit, expediamus, atque pro ſalute et incolumitate TVA preces fundamus ardentiſſimas ad rerum omnium moderatorem ſummum atque vitae noſtrae rectorem, vt TE, annis et meritorum multifariaeque eruditionis copia grauiſſimum, ſuo amore complectatur, incommoda aetatis ingraueſcentis leuet, vires ferendis tot laboribus difficillimis, tot muneribus grauiſſimis rite obeundis et fungendis, ſulciat, et ſaluti incolumitati TVAE omni tempore, omnibuſque modis proſpiciat benigniſſime. Seruet TE Deus T. O. M. Academiae, rei literariae, familiae ſplendidiſſimae, atque proſpere omnia, quaecumque perficis, ſuccedere iubeat. Sit Ordini TVO gratioſo, ſit TIBI, principi

illius ſingularique ornamento, ſit toti reipublicae literariae gratioſus aeternus omnium rerum arbiter, atque TE multos annos rebus humanis intereſſe ſinat, vt ſemper ex TVAE ampliſſimae eruditionis ambitu fructus capiat vberrimos orbis literatus. Vota ſi quid valent, valent autem plurimum, id tantum humaniſſime peto, vt et me TVO fauore impoſterum complecti haud dedigneris.

TANTI TVI NOMINIS

Scr. Lipſiae
Kal. Iul. A. R. S. CIↃIↃCCLXXX.

cultorem obſeruantiſſimum
Ioh. Georg. Frid. Franzium.

LECTORI

LECTORI
LITERARVM GRAECARVM
ET
REI MEDICAE CVPIDO
S

Iohannes Georgius Fridericus Franzius
Phil. et Med. D.

Gloſſariorum veterum in interpretandis et emendandis veterum auctorum libris, tantam eſſe vtilitatem, tam egregium vſum, vt his ipſis ſaepenumero deprauatiſſimis locis, quae omnem prorſus reſpuere medelam ſunt viſa, medicina ſit facta, vniuerſi norunt, atque remotis omnibus perſpicillis et tubulis, et obeſitatis, et elegantiae cauſa a quibuſdam adhibitis, perſpiciunt, qui ſuam operam huic literarum generi, non ſine dulcedinis fructu et vtilitatis commendatione dicando, verae atque genuinae eruditioni, quae ignoratis literis Latinis Graeciſque manca, barbara atque prorſus nulla eſſet, dicare conſecrareque videntur, potiſſimumque id curant, vt non ſolum ſervetur ſarta tectaque, ſed etiam magis magiſque elaborata, emendata ac perfectior reddita tranſmittatur ad poſteritatem. Quae autem in vniverſum auctoribus Graecis et Latinis ſanandis adhiberi poſſunt, atque adeo debent, praeſidia, iis quoque cum fructu et laude vti debemus in ſcriptis

medicorum ſanandis, quippe quae noſtris etiam admodum laborant temporibus, medicaque manu, tenente critica inſtrumenta, reſecandis naeuis et luxationibus corrigendis apta, indigere videntur. Nam, quamquam medicorum aeque ac criticorum ſtudium etiam in libris veterum medicorum recenſendis, emendandis et illuſtrandis non ſine laude verſatum ſit, tamen largam poſt meſſem, ariſtarum pomorumque in aceruos collectorum copiam, et florum munerumque paruorum collectionem remanſiſſe aliis, res ipſa loquitur. Vnum tantum commemorabimus Hippocratem, medicorum principem, ſtudiis indefeſſis atque eximiis Foeſii, Cornarii, Obſopoei, Lindani, Charterii aliorumque repurgatum atque politum, non tamen ita hucuſque comparatum adaptatumque, vt vbique [a] Ionicae dialecti veſtigia conſpicere liceat, quibus indagandis inueſtigandiſque nouorum editorum ſagacitas ac induſtria deſudari queat. Quid quod hodienum ex Hippocrate multa [b] exulant vocabula, quae tamen fuiſſe olim

a. Si deſideras huius rei exempla, Adr. Heringa in obſſ. critt. tibi ſuppeditabit, p. 48. Hipp. cum cod. Med. collati, ſic p. 759. A. *σημεῖον* l. *σημήϊον*, ex MS. C. *συνειλημμένον* l. *ξυνειλιγμένον*, e MS. *συγκάμπτοντα* l. *ξυγκάμπτοντα*, e MS. *συμπίπτειν* l. *ξυμπίπτειν*, D. *σὺν* l. *ξύν*. Sic L. de aer. loc. et aqu. p. 285. l. 8. *γίνεται* l. *γίγνεται*, vt paſſim l. 12. *κεῖνται* l. *κέονται*, l. 14. *παραῤῥεῖ* l. *παραῤῥέει*, l. 17. *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ* l. *ὡς ἐπὶ τὸ πελύ*, et ſic etiam lin. 25. reſcribendum. l. 28. *προσκεῖνται* l. *προσκέονται*, l. 31. *πολὺ* l. *πελύ*, l. 40. *θέρας* l. *θέρεος*, l. 54. *δεῖσθαι* l. *δέεσθαι*.

b. Heringa in Obſeruatt. critt. Leouard. ed. 1749. huius defectus hanc eſſe ſcribit cauſam c. 13. p. 104 ſq. Tot vero vocabulorum iactura non vni cauſae adſcribenda eſt. Quum ſcilicet ante multa iam ſecula

olim ibi lecta liquet e Galeno: ſic enim voces ἀλκτὴ, αἱμοκέρχνα, ἀντέονθεον, ἀγκυρομήλη, ἀψόῤῥοον, ἀναχελεύεται, Ἄνδρειος οἶνος, ἴκταρ, ἴπος, ἀποπαλλήσιος, innumeraque alia ab Hippocrate abſunt, quae tamen teſtibus Erotiano ac Galeno ibidem ſuis exſtitere temporibus. Quare Gloſſaria illa cum vocibus obſoletis ſimul obſoleta facta, atque cum tineis blattiſque luctantia, obliuioni eripere ac poſteritati vindicare decreui, eo praeprimis conſilio, vt lectio ſcriptorum Hippocraticorum facilior ac iucundior, magiſque proficua reddatur omnibus, quibus intereſt Graecorum ſcriptorum ſuauitate atque dulcedinibus animum paſcendo recreandoque exſatiare penitus. Cui quidem conſilio maiori fide atque gaudio dulci ſatiſfaciundum eſſe rati, quum praeprimis illud a Viro Excell. atque Doctiſſimo CAR. CHRIST. KRAVSIO, Patrono ac Praeceptore noſtro aeternum colendo, cui multa in re medica debere nos grati profitemur, quemque quamdiu vita ſpirabit veneratione proſequemur ſumma, et quem in hoc literarum genere doctriniſque medicis verſatiſſimum eſſe omnes norunt, probatum, nobis calcar ſtimuloſque addiderit, vt manus admoueremus

ſecula in deſuetudinem abiiſſent Hippocratis dictiones, diligentes lectores earum explicationes margini adſcribere coeperunt: ita in cod. Mediceo aliiſque MSS. paſſim Galeni, aliorumque interpretationes apparent (Vide varr. lectt. poſt Edd. Foeſii). Sed indocti librarii ſaepe explicationes has in textum receperunt, vera lectione expulſa: atque haec primae iacturae cauſa. Sic L. de art. p. 819. D. vbi legitur: ἐπὶ τοῦτο γὰρ οἱ γλουτοὶ ῥέπουσι καὶ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος ὀχεέται ἐπὶ τοῦτο. Codex Mediceus in textu exhibet ἔγκειται, in margine ὀχέεται, quum tamen prius nihil niſi poſterioris explicatio ſit.

remus operi taedioſo atque periculi pleno, quo, vt communiſſime in hoc literarum genere fieri ſolet, nos ſaepe pro eo qui Socrates erat, Calliam ſalutauiſſe nobis haud ſumus neſcii. Qua quidem in re ob rerum copiam ac profuſionem, quae feliciſſimum quoque ingenium fatigare ac frangere ſolent, ſi aberrauimus, a lectoribus veniam impetraturos nos eſſe, non ſperamus, ſed confidimus, non exſpectamus, ſed flagitamus ſerio.

Vt autem conſtet, quinam auctores horum fuerint gloſſariorum, et quibus inſtructi ſubſidiis ad eos emendandos, caſtigandos atque recudendos acceſſerimus, arbitramur pauca praefanda eſſe, vt iudicium ferri queat, de ipſius operis praeſtantia ac vtilitate. Igitur primo loco de Erotiano quaedam dicenda ſunt, de quo adeo ipſiuſque nomine inter eruditos viros haud leuis eſt diſſenſio, ſiquidem quamplurimi eum [c] *Erotianum*, quidam [d] *Herotianum*, Hugo Grotius [e] *Erotionem*, Aldus [f] *Erotinonem*, Ioh. Alb. Fabricius [g] *Herodianum* nomi-

c. Sic Henr. Stephanus, Conr. Geſnerus, Barth. Euſtachius, Petrus Lambecius, Ioh. Steph. Bernardus, Adr. Heringa, et alii, qui codices MSS. inſpexerunt, edidere; eoſque Hieron. Mercurialis, Anut. Foeſius, Henr. Meurſius, Euſtachius, Luc. Ant. Iunta, Renat. Charterius, alii ſequuti ſunt. Et Ph. Labbeus ſic Reg. MSS. Par. codd. in Bibl. p. 126. exhibere aſſerit.

d. V. Phil. Labbeum in Bibl. noua MSS. p. 385.

e. V. Thomae Gatakeri Aduerſaria p. 138.

f. Conf. quae p. 490. in variis annotauimus lectionibus n. 7.

g. In Bibl. gr. Vol. IV. L. IV. c. 36. p. 572. Qui gaudet de ſuffragiis eruditorum virorum et comprobatione ſententiae in diſſertatione de Lexicis Graecis prolatae, praeprimis Iſaaci Voſſii in com. ad Catullum p. 91. ſcribentis: *mirum eſt, quod ſcribit Herodianus, qui vulgo dicitur Erotianus*, et auctoris Etymologici

nominant, ita, vt incerti vagantes ignoremus plane, cui ſententiae adſtipulemur; tutiſſimum tamen eſſe arbitramur, ſi vulgatae a quamplurimis receptae lectioni noſtrum addamus calculum, neque praeiudicio critico decepti rariorem eligamus lectionem, eamque praeferamus, quippe quae, quum a paucis ſit adaptata, deprauationis ſuae ſigna prae ſe ferre videtur euidentiſſima. Retinendo igitur nomen Erotiani aſſerimus, eum [h] Grammaticum fuiſſe, atque [i] ſcriptorem vetuſtiſſimum, nequaquam autem [k] medicum; neque audiendus eſt [l] Marſilius Cagnatus, qui falſo titulo

gici M. in ἄμπωτις ſic dicentis: Κυρίως λέγεται ἡ ἀναχώρησις τῆς θαλάσσης ἤγουν ἡ ἀναπινομένη θάλασσα — — καταχρηςικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἡ ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησις ὕλης, ἅτως ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτες. Verum quum vox ἄμπωτις hodienum non exſtet in Erotiano, mutilum hoc opus eſſe coniicit Fabricius, et quidem non iniuria, atque adeo Herodianus Grammaticus, qui pelagus ſcriptorum reliquit teſte Priſciano, facile a librariis cum Erotiano confundi potuit.

h. V. Gottlieb Stollens Anleitung zur medicin. Gelahrheit, c. 1. p. 76. not. r.

i. Hunc titulum ei tribuit Barth. Euſtachius in fronte operis: Erotiani, graeci ſcriptoris vetuſtiſſimi, vocum, quae apud Hippocratem ſunt, collectio, cum annotationibus Barth. Euſtachii, Venetiis apud Luc. Ant. Iuntam, A. 1566. quaternis.

k. Argumentum eſt, quia Ioh. Conr. Barchuſen in diſſ. de origine et progreſſu medicinae eius non meminit, neque alia lexica medicorum. V. Herm. Conringii introd. in hiſt. med. c. 3. §. 8. p. 87.

l. Quem Cognatum nominat Fabricius l. l. Verba Cagnati ex varr. obſſ. L. II. c. 28. p. 573. digna ſunt vtique, vt hic apponantur, ſic enim ſcribit: *Teſtimonium denique Erotiani (parcant quaeſo viri eruditi, nec de noſtra ſententia, niſi prius aequo animo re diligenter aeſtimata, quidquam pronuncient) nullius momenti eſſe cenſendum eſt, quoniam*

tulo et inſcriptione ab impoſtore quodam recentiori Erotiani libellum vulgatum eſſe exiſtimat, eo praeprimis conſilio, vt ipſi propter vetuſtatis opinionem multos eoſque maximos conciliet amicos ac lectores. Nam, etſi tales piae fraudes omnibus paene temporibus ſolennes fuerunt atque frequentes, tamen vix mihi perſuadeo, tunc temporis, quo Erotianus hoc falſo prodierit nomine in publicum, hanc fraudem aciem acutiſſimorum

niam liber ille in temporum definitione nullam auctoritatem habere debet: namque auctori penitus ignoto adſcriptus eſt, quamuis enim multa in eo bona notata ſunt, quamobrem viri docti dignum iudicauerint, qui typis egregiis excuſus, doctiſque adnotationibus illuſtratus in lucem exiret: tamen antiqui alicuius ſcriptoris teſtimonio illius auctoritas hactenus a nullo confirmari valuit: et dignum eſſet admiratione, Galenum vocabula Hippocratis explicaturum, in prooemio ceteros eorumdem interpretes, Bacchium, Herophilum, Dioſcoridem iuniorem memorantem, Erotianum negligere. Neque enim ignoratum ab eo, ſi exſtabat, credibile eſt; praeſertim Andromacho dedicato eius volumine, quae magna erat occaſio, vt in vulgus ederetur, archiatro ſcilicet Andromacho laudis cupido; vt facile quiuis credat ex ſola archiatri appellatione, quam primus vſurpaſſe viſus eſt. Quapropter exiſtimo etiam, quod habetur in ipſa Exegeſi Galeni in voce κάμμορον, nihil conferre ad auctoritatem Erotiani comprobandam, etſi exemplar aliquod ſit, in quo Erotianus legitur, quoniam exemplaria mirum in modum inter ſe differunt, neque in ipſo volumine, quod ſub Erotiani nomine habemus, illud exſtat, quod eo loco Galenus Erotiano tribuit, quamobrem probarem ea magis, in quibus Herophilus legitur, cuius etiam in prooemio meminerat, quam in quibus Erotinon vel Erotinus, ignota nomina ſimiliter, quam Erotianus. Itaque veritus ſum, ne recentior aliquis temporum ignarus falſo titulo et ſimulata dedicatione librum hunc ediderit, vt opinione vetuſtatis auctoritatem ei compararet, quod multis accidiſſe manifeſtiſſimum eſt. Verum hanc ſententiam ficulneis inniti argumentis iam vidit Fabricius l. l. liber enim antiquus et doctus eſt, nec quidquam habet, quod illa aetate ſit indignum.

morum oculorum effugiſſe, neque ſtatim ſub cenſuram et examen vocatam, aut catalogo et Bibliothecae, ſi forte quaedam exſtiterit, Pſeudonymorum inſertam fuiſſe, vt nimis creduli lectores et poſteri hebetiores admoneantur, ne nimium fidant. Itaque per nos licet fuiſſe Erotianum, ſuffragantibus omnibus reliquis optimae notae ſcriptoribus, vnico Cagnato excepto, per nos quoque licet fuiſſe Erotianum probum Hippocratis interpretem, quod ipſius libellum fugitiuis tantum oculis inſpicientes fugere poteſt nequaquam.

Quae quum ita ſint, nulla quoque nos dubitare ſinit ratio, quin vixerit reuera Neronis Imperatoris aetate et ante Galeni tempora; eam potiſſimum ob rationem, quia [m] Andromacho Iuniori, Archiatro Neronis, ſuum inſcripſit libellum, et quia ab ipſo Galeno commemoratur; quamquam lectio varia dubitationem aliquam poſſet producere, quae tamen nullam prorſus meretur attentionem, praeſertim quum multo plures codices manu exarati verum nomen exhibeant, atque ineptum propemodum ſit argumenta ex erroribus librariorum euertendae veritatis cauſa colligere ſedulo, et adeo conquirere cum quadam anxietate, defenſionem malae cauſae indicatura certiſſime. Plura [n] de Erotiano, quae vitam eius ac ſcripta concernunt, non ſunt nobis comperta,

m. Vide Praef. Erotiani p. 3. et quae diximus not. c. Th. Bartholinum de medicis poetis et le Clerc hiſtoire de la Medecine p. 598.

n. Forte certiora de Erotiano dici poſſent, ſi ad manus nobis eſſet Carrerii V. Cl. Bibliotheque ancienne et moderne litteraire, nuper Pariſiis Lutetiorum typis exſcripta, quae autem, quod dolemus, nondum ad nos apportata eſt.

ta, quae ad rem noſtram aliquid facere videntur, et de quibus diſputari iamiam poſſet fuſius.

Reſtat tantum, niſi plura ſcripſit Erotianus, eius τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή, cuius, quantum quidem nos ſcimus, codices manu exarati exſtant in Bibliotheca [o] Vaticana et Carpenſi, in Bibliotheca regia [p] Pariſina, quem codicem Henr. Stephanus contulit, et in Bibliotheca [q] Ioh. Phil. Doruillii codex Amſtelaedamenſis. Latent forte huc et illuc alii codices, qualis fuiſſe cenſendus eſt is, quem Medicus Auguſtanus, [r] Georg. Hieron. Welſchius in ſubſidium vocauit, aliique complures, de quibus tamen ad nos notitia non peruenit. Certo quoque non poſſumus affirmare, quot Codices in Bibliotheca Vaticana exſtent, tres

o. Vide Phil. Labbei Biblioth. nou. MSS. p. 385. ſub titulo: Herotiani Lexicon vocum Hippocratis per Alphabetum.

p. Vide Labbei l. l. p. 126. vbi itidem Erotiani Lexicon appellatur, in notis Stephani vocatur MS. ſine vllo additamento.

q. Vide Miſcellan. Obſſ. criticas nouas in auctores veteres et recentiores in Belgio collectas et proditas in Annum CIↃIↃCCXLIX. Tom. IX. Amſt. 1749. octonis, de quo ſic ſcribit Doruillius: *Tertio loco exhibentur* Collationes *binae hae* Lexici medici *ab* Erotiano *conſcripti: illa* Gloſſarum Hippocraticarum, *quas* Claud. Galenus *collegit, eas meo rogatu confecit ad codicem meum Medicus apud Amſtelaedamenſes literatiſſimus,* Ioh. Steph. Bernardus, *cui mecum velim eo nomine eruditi gratias promeritas agant. Is codex ſane bene exaratus, continet praeterea quoſdam* Oribaſii *libros graece nondum publica luce donatos. Et in his aliqua profecto vtilitas non defuerit. Sic lectio* codicis πολυσχίδ βιβλίδ *in* praefatione Erotiani *longe praeferenda videtur vulgatae* πολυσχίδ, *plura hoc genus iam in medium adponere non vacat.* Collatio lexici Erotiani ibi incipit a p. 999 - 1020. lexici Galeni a p. 1020 - 1056. Et Spicilegium ad calcem libri exſtat.

r. De quo infra dicemus.

tres enim tantummodo numerare poſſumus, quorum prior laudatur a Labbeo, poſterior [s] Heluetii cuiuſdam, et tertium denique Barthol. Euſtachius in ſuos tranſtulit vſus.

Pauciſſimae autem ſunt Erotiani, Galeni et Herodoti Gloſſarum editiones, quarum prima ſtudio et opera [t] Henrici Stephani Pariſiis 1564 prodiit cum eius caſtigationibus et Conr. Geſneri emendationibus, ad Stephanum tranſmiſſis, praemiſit vero illas Dictionario medico.[u] Duo circa hanc editionem commemoratione digna nobis viſa ſunt, alterum, Erotianum [x] ex Graeca editione adſcriptas habente Bonauenturae Vulcanii emendationes, quae fuit in [y] Bibliotheca Iſaaci Voſſii, eſſe editum, alterum, editionem a Stephano percuratam, iam anno 1557 catalogis bibliopolarum tamquam impreſſam fuiſſe inſertam, adeoque ſex annis ante eius publicationem, [z] vnde Stephanus eam *βιβλίον --- παλαιόκαινον* appellat. Latine vero Erotianum ex alio codice Vaticano vertit Bartholomaeus

s. Quidam Heluetius ex Bibliotheca Vaticana ſibi commodatum ſurripuit codicem MSS. qui dein ad alios transiit.

t. Vide Lundium in comp. Bibl. Gr. p. 62.

u. Cuius titulus eſt: Dictionarium medicum, vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptae ex Hippocrate, Aetio, Aretaeo, Alexandro Tralliano, Galeno, Paulo Aegineta, Oribaſio, Actuario, Rufo Epheſio, Corn. Celſo, cum latina interpretatione, Lexica duo huic Dictionario praefixa ſunt, vnum *Erotiani*, numquam antea editum, alterum *Galeni* multum emendatius quam antea excuſum A. MDLXIIII. Exc. H. Stephanus octonis.

x. Vide Lambecium de Bibl. Vindol. L. VI. p. 154. et Ioh. Alb. Fabric. L. I. p. 570.

y. Vide Fabric. l. c. p. 574.

z. V. Stephani praefationem Dictionario med. praefixam.

maeus Euſtachius, Sanctoſeuerinas, Archiater Ducis Vrbini, et Protomedicus ac Profeſſor anatomiae Romae, medicus immortalis nominis, ſuiſque animaduerſionibus,[a] multis quidem operarum erroribus inquinatis, at tamen [b] doctiſſimis, ditauit atque aliis praeiuit face accenſa, vt eo melius recluſos Erotiani theſauros inuenire potuerint. Omnes tamen mallent, vt Graecam quoque addidiſſet explicationem, nam ex collatione cum aliis exemplaribus intelleximus eam haud raro differre, quae quidem varietas haud dubie ſanando textui quamplurimis fuiſſet proficua in locis. Illa verſio inſerta quoque Graecolatinae editioni operum Hippocratis Geneuae in folio editae cum Hieron. Mercurialis argumentis librorum Hippocratis, et quibuſdam animadverſionibus. Recuſus quoque Erotianus eſt in ſplendida editione Graecolatina Pariſienſi anno 1639 a Renato Charterio curata, et in tredecim volumina in folio diuiſa, illi praeter verſionem adiectae ſunt variae lectiones e Stephano atque perpaucae coniecturae. Hae ſunt editiones, quae hucuſque, quantum ad noſtram peruenit notitiam, exſtitere; promiſit quidem [c] Georgius Hie-

a. Prodiit Venetiis apud Lucam Ant. Iuntam, 1566. quaternis. Vide Mercklini Linden. renouat. p. 115. a. et p. 464. a. cuius hiſtoriam vide in eius praef.

b. Laudat has animaduerſiones Caſp. Barthius Aduerſarr. L. XXXIII. c. 1. et L. LIV. c. 4.

c. Vide Welſchii epiſtolam de ſcriptis ſuis ad calcem epiſtolarum Ioh. Gerh. Voſſii edit. Auguſtanae Vindelicorum et ad calcem Bibliothecae promiſſae ac latentis Almeloueenii, Fabric. l. l. p. 572. Schroeckii memoriam Welſchiam, ſiue hiſtoriam viri celeberrimi, G. H. Welſchii, Aug.

Hieronymus Welſchius nouam editionem Erotiani et Galeni, cum verſione latina, cuius vſum ſigillatim demonſtraturum ſe recepit, et Arabica, ſed morte interceptus promiſſis ſtare non potuit.

De Galeno, altero Gloſſographo, qui magis quam Erotianus innotuit, et de quo plurima colligere poſſemus teſtimonia, multa dicere non attinet, quippe quum eius Gloſſarium ſimul Stephani Erotiano adiectum et omnibus Galeni editionibus ſit adnexum; hoc addimus tantum, Manuſcriptum codicem de eo et in Bibliotheca Moſquenſi adſeruari, de quo Vir celeberrimus CHRISTIANVS FRIDERICVS MATTHAEI, humaniorum litterarum in Academia Moſquenſi Profeſſor meritiſſimus, in Catalogo Manuſcriptorum Bibliothecae patriarchalis Moſquenſis eſt conſulendus. Ἐξήγησις autem Galeni ad Theutram tranſſcripta, [d] a Petro Gillio emendata ad Henr. Stephani manus peruenit, et ſic adiecta eſt Erotiano, cui etiam ſuas animaduerſiones et coniecturas laude digniſ-

 ſimas

Aug. Vind. 1678. quaternis, Philologiae ac medicinae et linguarum orientalium et exoticarum fuiſſe optime gnarum p. 44. ſq. legimus, eumque propterea a Meibomio in Epiſt. de medic. hiſt. ſcribenda πολυγλωττώτατον dictum adeo fuiſſe. Capite octauo ſcripta edita ordine chronologico, nono vero inedita et affecta recenſentur, quorum tanta eſt copia, vt annorum Neſtoreorum ſeries et longaeuitas Methuſalemica vix iis edendis ſufficere videatur: vnde Struuius in introd. ad rem liter. c. 1. §. 12. p. 14. recte ſcribit: *Multa ſibi propoſuerat Welſchius, quae ipſe, magni licet ingenii, abſolnere numquam poterat. In collectaneis itaque inque promiſſis ſubſiſterat omnis Welſchii conatus.*

d. Vide Fabric. l. l. p. 571. et L. IV. c. 17. Vol. III. p. 328 ſqq. le Clerc hiſtoire de la Medecine p. 753. Pope Blount cenſur. celebrior. auctor. p. 164. Hederici notit. auct. antiqq. p. 558. et Paſchalis Bibl. medic. p. 18. 19. alioſque.

simas et vtilissimas addidit. Ab hoc tamen Galeni diuersum MS. Glossarium in Hippocratem euoluit [e] Cangius.

Ad Herodoteum Glossarium accessuri, paulo intricatiorem multisque tenebrarum inuolucris obductam adgredimur rem. Nonnulli enim hoc [f] Herodoto Lycio medico tribuunt, et eamdem fouisse sententiam [g] Charterius videtur, quippe qui sequutus Hieronymum Mercurialem suo adiunxerat [h] Hippocrati. Alii in aliam transierunt sententiam, at Stephanus, paulo clarius nominans Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, veritati quam proxime accedit, indicans, contineri hoc opusculo voces Hippocrati vsitatas, et passim quoque apud Herodotum obuias. Fabricius [i] ambigit, vtrum illud Lexicon, quod verisimiliter Maussacus [k] habuit pro particula operis Apollonii Grammatici, cuius ἐξήγησιν Ἡροδότου γλωσσῶν laudat auctor Etymologici MS. in σοφιστὴς et κωφός, sit habendum. Sane cum Clerico res prorsus in medio relinquenda esset, num Herodoto Lycio, aut alii cuipiam hoc lexicon sit tribuendum, nisi ab [l] Adr. Heringa meliora edocti fuissemus; is enim non solum doctissimos illos viros errasse turpiter, qui Herodotum aliquem pro auctore venditent, docuit, sed etiam Stephani inscriptionem belle interpretatus est: *Quippe*, ait, *Glossarium illud Herodoteum vocatur, non quod Herodotum quempiam auctorem*

e. Vide Fabric. l. l. p. 580.

f. Vide le Clerc hist. de la med. P. II. L. IV. c. 11. §. 2.

g. Vide Fabric. l. l. p. 580.

h. Vide Tom. II. operr. Hipp. p. 140.

i. Vide l. l. p. 580.

k. In dissert. de Criticis p. 389.

l. Vide eius Obss. critt. p. 2

florem agnoſcat, ſed quod explicet vocabula in Herodoti hiſtoriarum libris reperiunda; neque alium in finem Hippocrati praemittitur, niſi quod multae harum Gloſſarum etiam apud Hippocratem reperiantur: nec mirum, quum dialectus Ionica vtrique communis ſit. Quum reuera quo non ſimilius, accuratius enim rem perquirenti planum fiet rem ſic ſe habere, noſque metipſi experientia duce cognouimus vera vtique eſſe Heringae aſſerta, immo veriſſima.

Rite diſputatis, quae ad hiſtoriam horum Gloſſariorum ſpectare poterant atque debebant, iam officii noſtri memores rationem reddimus, de ratione, qua verſati ſumus in hac noua quoque editione comparanda adornandaque. Textum Graecum quod concernit Stephani lectionem vbique retinuimus, ſubiunctis lectionibus variis vel ex codice MS. Stephani ſiue Pariſino, vel ex MS. Doruillii a [m] Bernhardo V. Cl. collato, vel ex Euſtachii editione, Charterii et Geneuenſi operum Hippocratis editionibus, et Foeſii oeconomia Hippocratis, in quo opere aureo, vt [n] Heringa dicit, et cum ipſo Hippocrate duraturo, ſaepiſſime ſinguli horum triumuirorum feliciter et vere emendantur. Animaduerſiones Stephani ad [o] calcem horum triumuirorum poſitas ſuiſque quibuſque locis [p] ſuppoſuimus, additis emendationibus Corn. Geſneri, his adiecimus Euſtachii obſeruationes elegantes atque accuratas, quas eo cariores atque pretioſiores acceptioreſque lectoribus

 fore

m. Vide ſupra p. xvi.

n. Vide eius obſſ. critt. p. 2.

o. Obſeruationes in Erotianum leguntur in Dict. med. p. 113-154.

p. Diction. med. p. 179. adiectis.

fore ſperamus, quo rariores noſtris temporibus eſſe ſolent, et nos iubemur publice Viro Illuſtri ac Experientiſſimo DANIELI GVILIELMO TRILLERO gratias agere decentiſſimas, animumque polliceri obſtrictiſſimum, quod ipſi placuerit humaniſſime ex inſtructiſſima ſua bibliotheca hunc non ſolum libellum nobiſcum communicare, ſed etiam nos cogere, excitare atque impellere, vt de noua editione cogitemus; cui conſilio quidem eo libentius morem geſſimus, quo magis nos intelleximus prorſus ſingularis huius propenſi in nos animi praeſtantiam. Deinde Heringae obſeruationes adiecimus, paucaſque de noſtris addidimus, coniecturiſque verum ſenſum, quantum fieri potuit, eruere tentauimus.

Galenus ex eadem Stephani editione aeque cum Stephani [q] emendationibus, Heringae obſervationibus aeque ac noſtris prodiit. Varias quoque lectiones ab H. Stephano et Bernhardo collectas adiecimus, acceſſerunt vero variae lectiones e Moſquenſi codice, quas Viro Illuſtri IOH. GODOFREDO GRVNERO, Profeſſori artis medicae in Vniuerſitate literaria, quae Ienae floret, meritiſſimo, et in hoc literarum genere egregie verſato, humaniſſime miſerat Cel. MATTHAEI, quique pro ſuo erga nos fauore eas ad nos tranſire iuſſit, vt in vſum noſtrum conuerteremus. Quibus duumuiris clariſſimis grato animo demonſtrando me prorſus ſentio imparem, tamen verbis ſaltem declarare teneor, meque huius tanti beneficii memoriam ex animo nullo non tempore eſſe deleturum ſancte polliceor. Plures autem

q. Quae exſtant in Dict. Hipp. p. 154-178.

tem ex Aldi, Charterii, Iuntae editionibus vtramque etiam paginam faciunt, quibus iunctae sunt Cornarii emendationes et coniecturae, humanissime quoque nobiscum ab Ill. GRVNERO communicatae, cuius saepissime fauorem experti laeto praedicamus animo fronteque serena declaramus. Neque abesse voluimus obseruationes, quae ad marginem Iuntinae editionis ad Galeni Glossarium erant notatae, quum et commode locum propter breuitatem habere poterant, et propter vtilitatem non facile exulare debebant.

Orbum autem Lexicon Herodoteum quum vbique inuenirem, vix a me impetrare potui, illud absque omni viatico in publicum emittere. Quare meum studium in eo versatum est, vt varias lectiones diuersas editiones comparando notarem, verum eae ita paucae fuere, vt ipsis non praecipuum, vt reliquis, assignandum locum censerem, sed statim ipsis obseruationibus addendas curarem. Potuissemus quidem, si lubuisset, plures depromere, si manifesta operarum peccata, variarum lectionum numero haberemus; neque omnes notauimus in exemplo Eustachii et Iuntae, quia statim in oculos incurrunt. Obseruationes vero addidimus ex [r]Lexico Herodoteo, quod H. Stephani atque eleganti Wesselingii editionibus ad calcem est, quoque firmatur veritas coniecturae Adriani Heringae de ipsa Lexici denominatione. Omnia et Camerarii et H. Stephani

r. Cuius titulus hic: Herodoti vocabula Ionica et quaedam loquendi genera, illi cum Homero maxima ex parte communia, nec non alia collecta et latine reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano.

conſulto addidi verba, ne truncata atque amputata prodirent, quam operationem chirurgicam, ſi ſuas meretur optimo laudes iure, tamen in rebus philologicis et criticis omni prorſus deſtituitur laude. Verum quum nihil humani a me alienum eſſe ſentiam, me etiam multoties peccauiſſe ingenue profiteor, atque veniam poſco, praeprimis autem peccatum in ipſo auctorum indice commiſſum non commiſſionis, vt veteres Theologi loqui amant, ſed omiſſionis, celare nequeo, potius meum eſt, damnum illud, quantum fieri poteſt, reſarcire atque reſtitutionem religioſe mihi imperare. Siquidem p. 610. lin. 3. in voce Εὐεσπὴ Diogenianus nominatur, de quo in Indice nulla vola, nullum veſtigium reperitur. Itaque hic habes, quae de eo dicere debuiſſemus: *Diogenianus*, ex Heraclia, Grammaticus ſub Adriano Imperatore, ſcripſit Dictionarium per ordinem literarum, multaque alia in arte Grammatica. Fuit ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ φιλόκαλος, *Vir ſtudioſus et elegans*, vt ab Heſychio in Lexici ſui initio vocatur: vbi ait ſe Diogeniani huius exemplo paroemias quoque admiſcere libro ſuo; multumque ſe eius opera fuiſſe adiutum. Diogeniani paroemias ex duobus codicibus MSS. primus diuulgauit Andreas Schottus. Meminere vero eius operis quoque [s] Suidas et [t] Harpocration: quippe vbi dicitur edidiſſe compendio ſcripta collectanea περὶ παροιμίων. Alia quoque eiuſdem memorat [u] Suidas. Fuit etiam *Diogenianus*, ſeu *Diogenes* Gram-

s. In voce Διογενιανός.
t. Vide elenchum ſcriptorum ab Harpocratione laudatorum in Bibl. gr. Fabricii Tom. IV. L. IV. c. 36. p. 601.
u. Loco laudato.

Grammaticus Cyzicenus, de quo [x] Voſſius, qui autem nihil ad nos. In Addendis quoque quaſdam addidimus varias lectiones ex Fabricio, quae forte ex [y] exemplo ſuo, in quo paſſim quaedam emendata fuere ab Ioſepho Scaligero, deprompta ſunt; quibus aliae acceſſere emendationes.

Iam redeat oratio, vnde digreſſa eſt: vt lectorum commodis inſeruiamus, indicem duplicem addidimus, alterum auctorum, alterum rerum, breuitate tamen priorem magis commendare quam prolixitate verborumque copia taedium lectoribus creare, ſtomachumque mouere ſtuduimus, poſteriorem autem eo conſilio concinnauimus, vt ſingulae voces eo facilius reperiri poſſint, quum non ſemper exacte ſeruauerint hi triumuiri, ſeruato cetero alphabeti ordine, litterarum ordinem, quod quam ob cauſam factum ſit, declarauit [z] Heringa, et ineptum foret, ſi, quod quidem facillime fieri potuiſſet, in ordinem redegiſſem; ergo Stephanum alioſque ſequutus via tutiſſima me ingreſſum eſſe arbitror.

Multa ac paene innumera addi potuiſſent, at tenuitatis meae exiguique ingenui conſcius, aliorum forte diligentiae, aut ſaltem ſecundis curis ea relinquenda eſſe cenſeo. Neque enim aliquis me propter ea reprehendet aut vocabit in ius, quod hac in parte deliquerim, quis enim hominum in vaſto opere, ſic enim nomino Gloſſas has propter vocum copiam ac varietatem, nihil

x. De hiſtoricis Graecis p. 356.

y. Vide Bibl. gr. p. 574.

z. Conf. eius notam in Erot. p. 26. a. vbi de ordine litterarum in Exegeſi vocum Hippocratis differuit copioſius.

praetermittet, quod notandum, emendandumque fuerit? Ceterum haud leue ſolatium afferet mihi hoc, ſi ſentiam atque intelligam hunc meum qualemcumque laborem imperfectum quidem, nec ſatis comtum ac politum, duriſſimiſque ſecundinis, vt vrſorum pulli hinc atque inde involutum, non prorſus ingratum fore Graecarum literarum et ſcriptorum Hippocraticorum cultoribus.

DEDI.

DEDICATIO EVSTACHII.

IVLIO FELTRIO DE RVVERE CARDINALI AMPLISSIMO

Bartholomaeus Euſtachius felicitatem.

Si quae exſpectari a me maxima poſſunt, Antiſtes optime, nomine tuo illuſtriſſimo digna eſſent: credi facile poſſet, animi etiam mei vires, virtutem ac fortunam tuam vel aequare, vel certe non multo iis inferiores eſſe. Verum quoniam illa, quae hactenus edidi, quaeque quotidie elaboro, multo leuiora ſunt, quam vt eo pertingere poſſint, quo ego contentis neruis curſum dirigo, et intueor: ſatis me praeſtitiſſe putabo, ſi multorum aliorum exemplo, omni cura et ſtudio enitar, vt meae in te obſeruantiae memoria ſemper exſtet: et actiones meae ad eum finem perueniant, qui a propoſito minus aberrat. Sane agellus ingenii mei, qui multos iam annos quieuerat, calore bonitatis tuae iam pridem excitatus, et benignitatis rore perfuſus, ac vomere prudentiae cultus, ſeminum, quae in eum proiecta ſunt, vberiores et praeſtantiores fructus ferre deberet: tamen quia natura non eſt admodum bonus: crebriſque moleſtiarum ventis ac procellis impeditur: et variis fortunae caſibus diu multumque iactatur: idcirco accidit, ne fructus tua amplitudine dignos, laetos, atque vberes, ſed paucos, et vix maturos legere ex eo poſſis: quos tamen tibi qualeſcumque ſint, veluti perpetuum pignus ſummae meae erga te obſeruantiae, hoc ſolo nomine, quod ager tuus eſt, alacri animo offero. Sunt vero hi Onomaſticum in Hippocratem Erotiani ſcriptoris Graeci, et quidem inter veteres non vulgaris: et libellus de Multitudine, hoc autumnali vitae meae tempore, in gratiam diſcipulorum a me editus: quos vel eo con-

conſilio Amplitudini potiſſimum tuae dedico, vt inter tot fructus, quos permulti in auguſta domo tua quotidie edunt, odore et guſtu maxime delectabiles, habeas etiam meos, nec aſpectu forſan iniucundos, nec odore, ni fallor, aut ſapore prorſus inſuaues. Vale.

PRAEFATIO

BARTHOLOMAEI EVSTACHII.

Multi ſane exſtiterunt, qui difficiliores Hippocratis dictiones exponentes, ſublime eius dicendi genus, ab eo, quo alii Graeci vſi ſunt, qui de re medica poſt illum ſcripſerunt, longe diuerſum, omni ſtudio et diligentia illuſtrare conati ſunt. Sed tanta fuit hominum negligentia, ne quid grauius dicam, vt ſolus Galeni libellus, Explanatio linguarum Hippocratis inſcriptus, adhuc in lucem prodierit: lucubrationes ceterorum expoſitorum, quorum maximus eſt numerus, vel interierint, vel certe nondum in apertum relatae cognoſcantur: quam ego iacturam ſaepius cum animo meo conſiderans, et de ea valde ſollicitus, ſedulo inueſtigare cepi, num aliquem ex eis forte fortuna inuenire poſſem. Demum poſt multum diuturnumque laborem reſciui Erotianum, quem ſciebam hoc in genere non inutilem operam nauaſſe, in Vaticana Bibliotheca reperiri. Hac re audita, et diligentius explorata, non ſine maxima animi mei moleſtia certior fio, hunc libellum, nullo relicto exemplo, Heluetium quemdam ſurripuiſſe, eius legendi facultate a Bibliothecae praefectis impetrata. Deterruit me id maximopere, et fortaſſe factum eſſet, vt ab hac cogitatione animum omnino abducerem, niſi me praeter opinionem amicus quidam tum mihi occurrens admonuiſſet, ne ſpem plane abiicerem reperiendi Erotianum: ſcire ſe eum libellum volumini Hippocratis

pocratis adiunctum, quod alii ferme omnes ignorabant, in eadem bibliotheca exstare. Hac spe ductus, studiose inquiro: tandem inuenio libellum: sed ne voti compos fiam, totum lacerum, et in plerisque locis mutilum. Illico vero Constantinum Rallum, natione Graecum, eiusque linguae peritissimum, et multae lectionis virum conuenio: simulque Viuianum Brunorum, Graecarum literarum apprime studiosum adeo: eosque in laboris honesti societatem voco: ipsi vero pro summa humanitate, et quia quisque nostrum Amplissimo Cardinali Vrbini inseruit, et domi suae alitur, mihi facile obtemperarunt. Insudauimus igitur simul omnes, donec effecimus, vt Erotianus, qui tam diu delituit, possit a bonarum artium studiosis nostrae aetatis Graece et Latine legi. Visum est autem nobis, quamvis sit multipliciter deprauatus, tamen nihil immutare, sed qualem accepimus, in lucem emittere. Vt vero huius laboris fructus exstaret vberior, animaduersiones quasdam meas adscripsi, et locos plurimos ex Hippocrate excerptos, partim a librario, vt opinor, male descriptos, partim ab Erotiano ipso, breuitatis studio praetermissos; ex quibus percipitur facillime, non modo Erotiani interpretationem cum Hippocratis sententia consentire, verum etiam erraſſe nonnullos alios eius interpretes. Nec vero me praeterit, libellum, quem communi studiosorum vtilitati consulens, nunc edo, minimam esse diligentiae meae partem, quam Erotianus in Hippocrate illustrando posuit. Quisquis enim ipsius praefationem accurate legit, liquido intelligit, id nobis eum vtilitatis in explicatione Hippocratis afferre voluisse, quod Eustathium, dum Homerum expositum, praestitisse nemo non fatetur. Verumtamen ex hoc etiam fragmento, quod nobis reliquum est, vtilitatis plurimum capitur: nam, vt multa nunc alia praetermittam, quis obsecro vnquam intellexisset, ἀϊῶνα spinalem medullam, ἀριθμὸς nomina ab Hippocrate dici, nisi eius rei Erotianus nos admonuisset? Fruere igitur, tu quidem candide lector, hoc libello: ego vero commentarios propediem edam

edam valde copioſos: in quos cunctas dictiones Hippocratis, tum paſſim a Galeno, tum frequenter ab aliis bonis auctoribus explicatas ſimul redegi. Ceterum quiſnam fuerit Erotianus, et quo tempore vixerit, nihil certi reperire potui: et quod ſciam, ſolus Galenus in Exegeſi, in dictione Κάμμορον, de Erotiano ſimpliciter meminit: ſed lectio eius loci ita varia et ambigua eſt, vt non ſatis conſtet, de quo ipſe loquatur. Quamobrem id a me neceſſario praetermiſſum eſt, quod in editione veterum auctorum, eorumque praeſertim, quorum nulla memoria ad eum diem exſtat, fieri ſolitum eſt. Adiunxi vero huic operi libellum, qui de Multitudine inſcribitur, iamdiu a me compoſitum, vt volumen iuſtam magnitudinem haberet, et amicorum deſiderio, qui eum a me quotidie efflagitabant, aliquando ſatiffacerem: quem ſi aequo animo leges, pleraque, opinor, in eo inuenies, quae te, non modo propter nouitatem, ſed etiam propter ordinem ab initio vſque ad finem ſeruatum, non mediocriter delectabunt. Illud velim ſcias, quaſdam a me tibi obſeruationes et inuentiones anatomicas paratas eſſe, quas, modo aequum, vt ſpero, te mihi iudicem praebere velis, legiſſe numquam poeniteat. Illas equidem iam pridem aere incidendas mandaui, ſed edere ſuperſedeo; quia nonnullos, iis, quae de Renibus, de Muſculis oſſiculorum auditus, de Dentibus, de Vena azyga et de Capitis motu anno proximo ſuperiore publicaui, vehementer audiui commotos fuiſſe: ideoque operae pretium me facturum eſſe arbitratus ſum, ſi aliquamdiu exſpectarem, donec ipſi ad ſuam ſententiam tuendam, ſi quid volunt, reſcribant: ne nouas ſubinde appendices meis ſcriptis adiungerem. Interea eos, dum haec parant, non oro ſolum, ſed obteſtor, vt quae de memoratis ipſi partibus ſcripſerunt, cum his, quae ego aſſerui, amice conferant: et ſi noſtram reprehenſionem iniuſtam comperiant, tum vero obiurgent, et conuitiis me onerent, et qualibet poena dignum putent: ſin, vt ſpero, rem aliter ſe habere intelligant, publicae obſe-

cro vtilitati conſulant, animumque, veluti ingenuos ac liberos homines decet, ad rationem et veritatem reuocent: et priori ſententia depoſita, non erubeſcant fateri, per quos profecerint: quod quidem eo facilius facere debent; quia ſe multis abhinc annis, nullam ſecandi hominis occaſionem, aut facultatem habuiſſe, et in quibuſdam auctorum ſententiis iudicandis, Galenum Hippocratemque leuiter legiſſe, et a canibus, non ab hominibus renes deſcripſiſſe, denteſque qui renaſcuntur, accurate parum obſeruaſſe: et fetus inuolucra parum conſiderate deſcripſiſſe, ſua ſponte teſtantur. Prima vero libri editione caninis pro humanis, pictura et ſermone expreſſis; in ſecunda grauius errarunt, dum propter Syluii ſolius auctoritatem, qui hoſtili contra illos animo inuehitur, re minus recte perſpecta, farciminalem membranam, animalium ruminantium, et quorundam aliorum propriam, non autem communem etiam hominum, turpiter introduxerunt. Quod ſi ea, quae a me veritatis tuendae potius, quam illos oppugnandi gratia ſcripta ſunt, eodem ſtudio, quo illa quae dixi, et permulta alia, quae nunc praetermitto, expenderint: plurima quoque alia, quae adhuc aſſeruerunt, lectoribus in dubium venient: accidetque, vt veritatis ſtudioſi iacturam fortaſſe potius aliquam faciant, quam e ſuſcepto labore fructum aliquem ferant. Romae Kal. Iul. MDLXIIII.

ANIMADVERSIO.

In citandis locis Hippocratis, vtimur codice Germano, tum Graeco, tum Latino: cuius verſionem perpetuo expendere noluimus: ne libri moles augeretur: neue a propoſito ſaepius declinaremus, quod eo ſpectat, vt loca Hippocratis facile inueniri poſſint, quamuis de eorum expoſitione Erotianus, Galenus, et interpretes interdum non conueniant. EVST. In reliquis locis laudatis, editio Foeſii eſt euolvenda.

Compendia ſcribendi, quibus notarum auctores deſignantur.

Ald. Aldus.
CAM. Ioach. Camerarius.
Cod. Moſq. Codex Moſquenſis.
Corn. Ian. Cornarius.
EVST. Euſtachius.
FABR. Fabricius.
GESN. Conr. Geſnerus.
HER. Heringa.
I. Iuntina ſiue Geneu. editio.
MS. Doru. Manuſcriptum Doruillii.
MS. St. Manuſcriptum Stephani.

I

EROTIANI
EXPOSITIO
VOCVM HIPPOCRATIS
GRAECE ET LATINE.

Ἐρωτιάνου

Τῶν παρ' [1] Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή.

Τὸ [a] Προοίμιον.

Τὴν Ἱπποκράτους πραγματείαν, [2] ἀρχίατρε [b] [c] Ἀνδρόμαχε, ὐκ ὀλίγα συμβαλλομένην πᾶσιν ἀνθρώποις ὀρῶν, ὅσοι λογικῆς [d] ἀντιποιοῦνται [e] παιδείας, [3] καὶ τούτων ἐξαιρέτως τοῖς ἰατροῖς, οἳ δὴ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν [f] ἀποκηρύττουσι τῆς τέχνης, φιλοτίμως δὲ καὶ σφόδρα ἐπιπόνως, ἅ, τε ὐκ ἴασι, μαθεῖν ἐπιθυμοῦσιν, ἃ δὲ καὶ ἤδη μεμαθήκασι, κρίνειν σπεδάζουσι· τὸ μὲν ἀδίδακτον, ὡς ἐνδεὲς, τὸ δὲ ἄκριτον, ὡς ἄπιστον, παραπέμποντες. εἰκότως [4] ἠβουλήθην τὰς ἐμφερομένας αὐτῷ τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφεῖς, καὶ κατὰ πολὺ τῆς κοινῆς ἀνακεχωρηκυίας ὁμιλίας ἐξηγήσασθαι λέξεις· αἳ δὴ ἀγνοούμεναι μὲν, ἱκανῶς [5] ἀφηγεῖσθαι

LECTIONES VARIAE.

[1] Ἱπποκράτες *MS. Doru. consentit Chart.* [2] ἀρχιάτρὲ *MS. Doru.* [3] καὶ τῶτ' ἐξαιρέτως, *MS. St.*

a. Hoc prooemium ita est deprauatum, vt arduum sit in multis locis verborum sensum elicere. Saepe enim cohaerens oratio ac iuncta non est: et voces non solum proposito non quadrant, verum etiam longe ab eo declinant. Curauimus tamen pro viribus nonnulla restituere: quaedam alia distinguere et illustrare: reliqua vero coniectura assequi, aut saltem adumbrare. EUST. Hoc prooemium neque Graece neque Latine est apud Hier. Mercurialem, qui Erotianum Opp. Hippocratis apud Iuntam editis adiunxit.

b. Andromachus Senior primus fuit, qui hoc honoris titulo est ornatus, de cuius tituli significatu fusius disserit le Clerc in Histoire de la Medecine, p. 585 - 598. Archiatros Constantinopolitanos autem *Actuarios* appellatos fuisse eleganter et docte

PROOEMIUM.

Quum viderem, Andromache, medicorum princeps,* tractationem Hippocratis omnibus hominibus, qui institutionem rationalem profitentur, non parum prodesse: atque iis praesertim medicis, qui veterem artis historiam celebrant: et enixe ac magno cum labore, quae ignorant, addiscere cupiunt: et quae iam didicerunt, iudicare student (nimirum, quod edoctum non est, tanquam mancum; quod vero non iudicatum, tanquam incertum praetermittentes): iure volui voces, quae in illis commentariis essent obscurae, et multum a communi consuetudine loquendi alienae, interpretari. Quae non intellectae, prom-

[4] ἡ βȣληθής *Chart.* [5] *pro* ἀφηγȣ̃νται *reponendum* ἀφαιρȣ̃νται *censet vir doctissimus et praecipuum Galliae decus Adr. Turnebus. St.*

* Hoc est, qui praeest valetudini principis.

cte, vt solet, explicauit I. F. Fischerus V. Cel. in praef. ad Ἀκτουαρίου περὶ ἐνεργείων καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνευματὸς καὶ τῆς κατ' αὐτὸ διαίτης λογ. β'. Lips. 1774. p. VII.

c. Quidam existimant Andromachum hunc Seniorem fuisse, quia dicitur ἀρχίατρος, quo titulo Iunior apud nullum scriptorem gaudet. Verum huic sententiae chronologia repugnat, atque de Iuniore accipiendum Erotiani effatum suadet. Quam sententiam egregie tuitus est Paul. Cigalinus in Lect. II. de Plinii fide et auctoritate p. CXXIX. praemissae edit. Plinii H. N. a nobis curatae, simulque obiectiones siculneas aduersariorum penitus discussit. Plura de Andromacho dicemus in Auctorum Indice.

d. Bene quidem interpres *profitentur;* mallem tamen latius sumere hanc vocem, vt simul comprehendantur, qui rationali institutioni consequendae studiosi sunt: nam ἀντιποιεῖσθαι vt plurimum *nisum in aliquam rem, studium alicuius rei* connotat.

e. Id est δογματικὴν, cf. Gorraeus in Defin. medic. sub hac voce p. 271.

f. Non male interpres *celebrant*, et quidem *publice*, nam ἀποκηρύττειν hoc potissimum innuit. Fateor tamen hanc significationem raro occurrere.

γῆνται τῆς διανοίας τὸ πρὸς ἐπίσασιν ἕτοιμον· [1] ἐξαπλωθεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τηλαυγέστερον ἀχθεῖσαι, πολὺ παρέξονται φῶς πρὸς τὸ [g] εὐκατάληπτον τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως. Καὶ μάλιστα ἐπεὶ πολλοὶ τῶν [2] ἐκ τῶ ῥάστα πάντα γινώσκειν ἐθελόντων ἰατρῶν, οἱ μὲν ἀδ' ὅλως μετὰ χεῖρας [3] ἔχοντες σπουδάζουσι, τὴν [4] πραγματείαν τινὸς [h] χλεύης ποιοῦντες, οἷς [5] [i] ἐπετήδευσεν Ἱπποκράτης [6] ἀσαφὴς [7] φανῆναι· καὶ διὰ τοῦτο [8] [k] ἀνακεχωρηκυίας εὐπορησάσας λέξεις σπουδάσας· καὶ ταῦτα, [l] μακρὰν μὲν τὴν τέχνην, βραχὺν δὲ τὸν βίον οἰόμενος, διὰ τὸ [9] σαφῆ ποιῆσαι τὴν ὁμιλίαν καὶ πᾶσι φανεράν. Δέδοται γὰρ ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως λόγος [10] πρὸς τὸ τὰς κατὰ διάνοιαν γεννηθείσας φαντασίας [m] τοῖς πέλας ἐκτυπᾶν. Λελήθασι δὲ οἱ ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν [11] μειρακίων φλυαροῦντες, ὡς ὁ μᾶλλον καὶ Ἱπποκράτης [12] ταῦτα, ὅσον τὴν [13] αὑτῶν ἀμαθίαν εἰς ὕπαιθρον ἄγουσιν. Εἰ μὲν γὰρ μόνος ἦ πρῶτος [14] ἐπιπλάττει τὰς φωνὰς, ἴσως

[1] ἐξαπλωθῆσαι *MS. Doru. in margine* ἐξαπλωθεῖσαι. [2] ἐκ τῶν ῥάστα *Chart. et paulo post* κατὰ χεῖρ. [3] ἔχειν *scribi debere putat Turnebus pro* ἔχοντες, *St.* [4] *MS. St.* πρ. τ. χλ. τελωνοῦντες, οἷς ἐπιτ. *Illa lectio parum mihi placet, haec autem etiam minus. Videtur enim hoc velle Erotianus significare; quosdam medicos scripta Hippocratis ludibrio exponere conari, quasi ille obscuritatem affectauerit, ideoque vocabula ab vsu communi remota conquisiuerit. Sed tamen hunc sequendo sensum pro* ποιοῦντες *legendum esset* ποιεῖσθαι, *et addenda praepositio, vt* διὰ χλεύης ποιεῖσθαι *idem valeret quod* χλευάζειν *St.*

g. Ipsam huius vocis explicationem suppeditat Erotianus per τὸ ἐκ τοῦ ῥάστου γινώσκειν, quod eodem redit.

h. Idem ac χλευάζοντες.

i. Innuit haec vox exactum studium, operam summo studio alicui rei impensam, quam Hippocrates ἀκριβίην nuncupat. Quidam nimirum accusarunt Hippocratem sibi fuisse consilium ita suos componere libros, vti auctores epistolarum obscurorum virorum, vt obscurus videretur, quoniam videlicet con-

promptitudinem mentis ad adipiſcendam cognitionem potenter adimunt: explicatae vero, et clariores effectae, multum afferunt luminis ad facilem conceptus mentis comprehenſionem. Ac praeſertim quoniam multi, qui omnia facillime conſequi volunt, quum ipſum Hippocratem omnino nunquam in manibus habuerint, ſtudent tamen huic tractationi quandam ſubſannationem tribuere: nimirum Hippocratem operam dediſſe, vt obſcurus videretur: atque propterea ſtuduiſſe his vocibus, quae a communi vſu longe diſtant, abundare: praeſertim quum artem quidem longam, vitam vero breuem eſſe opinaretur: vt videlicet loquendi inter ſe conſuetudinem, omnibus hominibus manifeſtam atque perſpicuam faceret. Siquidem datus eſt nobis a natura ſermo, vt eas, quae in mente noſtra cogitationes ortae ſunt, alteri exprimamus. Latuit autem ipſos, qui eiuſmodi de viro inter pueros nugantur: quod quo magis Hippocratis haec eſſe demonſtrant, eo magis inſcitiam ſuam ante oculos omnium ponunt. Si enim primus, vel ſolus has voces finxiſſet, ipſius for-

 taſſe

[5] *ἐπιτήδευσεν MS. Doru.* [6] *ἀσαφεῖς MS. Doru.* [7] *Φανεῖναι MS. Doru.* [8] *ἀποκεχωρυκυίας Chart.* [9] *Addenda eſt negatiua particula μὴ ante σαφῆ. St.* [10] *πρὸς τὰς κατὰ omiſſo τὸ, MS. Doru. et ſic Chart.* [11] *μαρακείων MS. Doru.* [12] *poſt ταῦτα in quibuſdam codicibus additum eſt ἀποφαίνοντος, fortaſſe pro ἀποφαίνοντες. Quamquam ne ſic quidem legendo bene procedit huius loci ſententia, paulo autem melius procederet legendo, ἀποφαίνοντας, et καθ' Ἱπποκράτης. St. Inter ταῦτα ὅσον ſpatium relictum eſt in MS. Doru.* [13] *αὐτῶν ἀμαθείαν MS. Doru.* [14] *ἐπεπλάκει, MS. St.*

conciſo ac laconico dicendi genere ſit vſus.

k. Repete ex paulo ante dictis verba *κατὰ πολὺ τῆς κοινῆς ὁμιλίας*, quae aut exciderunt, aut conſulto omiſſa ſunt.

l. Hic locus Hipp. Aphor. L. I. aph. 1. exſtat, at transpoſitis verbis.

m. Qui nobis propius adſtant, qui nobiſcum verſantur. Interpres non ſatis accurate, *alteri*. H.

ἴσως αὐτῷ τὸ περίεργον ἐμέμψατο ἄν τις· ἐπεὶ δὲ πάλαι αἱ συνήθειαι ταῦτη κέχρηνται τῇ περὶ [1] τὴν διάλεκτον φορᾷ, [2] (ἐξ ὧν οἵτε περὶ τὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν καταγινόμενοι ἐμφαίνουσι· καὶ τῶν μὲν φιλοσόφων, Δημόκριτος, τῶν δὲ [3] ἱστορικῶν, Θουκυδίδης καὶ Ἡρόδοτος, καὶ σχεδὸν ὁ σύμπας τῶν ἀρχαίων [n] χορὸς συγγραφέων·) τί δήποτε τὸ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένον [4] συμβεβηκὲν, τοῦτο καθ' Ἱπποκράτες [5] κεκομίκασι [6] μόνως. [7] Δειχθῆσα γὰρ ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐξηγήσει τὸ περὶ τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν τῶν ἀρχαίων ὁμονοοῦν, ἐπεὶ γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιίαν [8] εὐχερὴς, [9] περιγράψαι καὶ διάνοιαν [10] ἱκανὸς, καὶ τῆς κοινῆς καὶ εἰς πολλὰς [11] πιπτούσης λέξεως ἐκλέξασθαι τὴν κυριωτέραν· [12] ἣν καθάπερ τινὲς [13] ὁ τύποι καὶ [14] σφραγῖδες αἱ τὴν ἑρμηνείαν πεπιστευμέναι [15] τιθέασι λέξεις. Παρὰ ταύτην γέ τοι τὴν αἰτίαν πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων [16] ἐκ ἰατρῶν [17] μόνον, ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν, ἐσπούδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῶος, γραμματικὸς ὤν, ὡς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλῆν φωνάς· ὡς δὲ καὶ ὁ [p 18] Κιττιεὺς

[1] *art. τὴν deeſt apud Chart.* [2] *Parentheſi haec non ſunt incluſa ap. Chart.* [3] *ἱσοριῶν MS. Dor.* [4] *συμβεβηκὸς MS St. συμβεβηκένεν Chart.* [5] *κενομίκασι Chart.* [6] *μόνον Chart.* [7] *δειχθήσεται legit Turnebus. St. et ſic quoque Chart.* [8] *εὐχερὲς MS. Doru.* [9] *περιγράψαι τὴν διάνοιαν MS. St.*

n. Hoc vocabulum haud dubie concinnitatis cauſa adhibuit A. propter antecedens κωμῳδίαν, nam in comoediis χορὸς, quod neminem, niſi iguariſſimum, fugit, aeque ac tragoediis et ſatyris, peculiariter multitudo ſaltantium et canentium inter actus diceba-tur, qui ſpectatorum ſenſus feriret oblectaretque. Et de Democrito philoſophiſque veterum, quorum vitae ratio ſingularis fuit, et de Thucydide, Herodoto aliiſque, qui ſuaui dicendi genere aures lectorum mulſerunt, χορὸς commode dici poteſt.

o. Quam

taſſe curioſitatem quis poſſet iure accuſare; verum, quum antiqui vſi ſint eiuſmodi loquutione, vt demonſtrant nobis ex ſuis dictis, et qui operam dederunt antiquae comoediae, et ex philoſophis Democritus, ex hiſtoricis vero Thucydides, et Herodotus, ac fere omnis antiquorum ſcriptorum chorus: cur obſecro, quod ab omnibus antiquis ſcriptoribus vſurpatum fuit, in Hippocratem ſolum tranſportarunt? In priuata enim explicatione demonſtrabitur, antiquos omnes in huiuſmodi loquendi conſuetudine conſenſiſſe. Quandoquidem fuit hic vir in phraſi Homericus: et in nominibus fingendis promtus: et ad mentis ſenſa explicanda idoneus: atque etiam ad eligendas ex communibus, et popularibus vocibus magis proprias: vt velut typi quidam, et ſigilla, quibus ipſa rei interpretatio credita eſt, dictiones collocarentur. Hac de cauſa multi, iidemque eximii viri, non ſolum medici, ſed etiam grammatici, auctorem hunc interpretari, atque huius voces ad communem vſum loquendi tranſferre, ſunt conati. Xenocritus enim Cous grammaticus, vt ait Heraclides Tarantinus, primus omnium coepit has voces exponere: quemadmodum etiam Citieus Apollonius hiſtoria prodi-

 dit:

[10] *ἱκανῶς MS. D.* [11] *πιπτέσαν MS. D.* [12] *ἴνα pro ἤν et verbo ſequenti τεθῶσι pro τιθέασι, MS. St.* [13] *τύπω MS. D.* [14] *σφραγίδι MS. D.* [15] *τεθῶσι MS D. forte librarii culpa pro τεθῶσι vt recte monuit Stephanus ſupra.* [16] *ἀχ ἰατρῶν MS. D.* [17] *μόνων MS. Doru. et ſic Chart.* [18] *πιτιεὺς MS. D.*

o. Quam ob cauſam id effatum magnificum Macrob. in Somn. Scip. L. I. c. 6. optime ſic explicat, *Hippocrates, qui tam fallere, quam falli neſcit.*

p. In quodam exemplari ſcribitur Cittieus Apollodorus, quae lectio mihi non placet. EUST. Lectionem quam tuetur Euſtachius ac Stephanus vtique vera eſt, vid. Strabo, Geogr. L. XIV. extr. p. 683. Aurelian. Chron. L. I. c. 4. cf. quoque Ioh. Meurſii Apollonius, ſiue de antiquis eius nominis ſcriptoribus eorumque operibus ſyntagma, ſub voce *Apollonius Citticus.* Exſtat in Apollonii Dyſcoli, Alexandri Grammatici Hiſtoriarum commentiarum Libro.

τιεὺς [1] Ἀπολλώνιος ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ [2] τῆς Ἡροφίλε οἰκίας. Μεθ' ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖ· [q] Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ, καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν [r] προθεσμίαν, πολλὰς [3] παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν. [4] Ὡι δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονήσαντα [s] Φίλινον [5] ἐξ ἐξαβίβλε πραγματείας ἀντειπεῖν, καὶ [6] Παρεπικελεύσε [7] Κρητὸς [8] ἐπιθεμένε τὰς Βακχείε [9] λέξεις διὰ συντάξεων, Ἀπολλωνίε τε τῦ [t] Ὄφεως τοῦτο ποιήσαντος, καὶ [u] Διοσκορίδε τῦ [10] Φωκᾶ πᾶσι τούτοις ἀντειπόντος

[1] Κιττιεὺς Ἀπολλόδωρος *MS. St.* [2] τῆς Ῥοδοφίλε οἰκίας *perperam St.* Ἡροδοφείλε *MS. D. et Chart.* [3] παραθέμενος *MS. D.* [4] ὡς δὴ *MS. D. et Chart.* [5] ἐξ ἐξ ἀβίβλε *MS. D.* [6] Παρεπικελεύσε *MS. D. Euſtachius* παρ' Ἐπικελεύσε *legiſſe videtur.* [7] *hic articulum* τῦ *inſerit Chart.* Κριτὴς *MS. D.*

q. Hunc Bacchium cum Bacchio Mileſio Varronis et Columellae L. I. c. 1. confundit Ioh. Harduinus in Indice Auctorum Plinii Opp. Tom. I. praemiſſo p. 55. Vox enim Ταναγραῖον eius ſententiae aduerſatur. Obſeruamus et formam Ταναγραῖος et Ταναγρικὸς in vſu eſſe, vide Varronem de R. R. L. III. c. 11. vbi *galli Tanagrici* nominantur; Ταναγραῖος autem in trito prouerbio: *cetus Tanagraeus*, in prouerbiali figura illa de praegrandi et obeſo corpore, occurrit. Plura de Bacchio in Indice Auctorum.

r. Hoc eſt, propoſitum, conſilium, inſtitutum. Recte Interpr. quod inſtituerat.

s. Κώος videlicet, qui in Plinianis libris *Phyllinus* peram ſcribitur, obſeruante Ioh. Hard. in Ind. Auct. p. 64.

t. Hunc Erotiani locum laudat quoque Ioh. Meurſius in ſuo Appollonio ſub hac voce.

u. Quot fuerint medici, Dioſcoridis nomine appellati, qui editis libris artem illuſtrarunt, non eſt facile explicare, quandoquidem Galenus in Prooemio Exegeſis, Anazarbei, Herophilii, et Iunioris meminit; in explicatione vero dictionis Ἰνδικόν, Herophilio dimiſſo, Anazarbei, Alexandrini, & Iunioris mentionem facit; et in quinto de compoſitione medicamentorum per genera, capite 15. quendam alium Tharſeum introducit. Ex quibus locis facile colligi poteſt, aut quinque exſtitiſſe medi-

dit: et Callimachus, qui fuit ex familia Herophili. Post quem, dicunt, Bacchium Tanagraeum hoc opus aggressum esse: atque, quod instituerat, tribus libris, multis poetarum testimoniis adhibitis, absoluisse; cui Philinus Empiricus, qui eadem aetate fuit, sex libris est aduersatus, et Epiceleustus Cretensis, qui in epitomen Bacchii dictiones secundum ordinem redegit. Idem fecit Apollonius Ophei: et Dioscorides Phocas his omnibus septem libris contra-

 dixit.

[8] *vocem ἐπιθεμένα omisit MS. sed relictum est spatium, Doru. Verum Turnebus ἐπιτεμομένα reponit pro ἐπιθεμένα. St.* Βακχίᾳ *MS. Doru.* [9] λέξας *MS. Doru.* [10] *Turnebus pro* Φῶκα *scribendum iudicauit* Φακᾶ; *cui emendationi adstipulatur locus in ipsa Expos. Vocum sub* Φωναὶ κατείλλεσαι *St. In edit. Steph. quoque est* Διοσκορίδα *ex errore operarum.* Διοσκορίκα *MS. D.* Διοσκερίδα *Chart.*

medicos, quibus Dioscorides nomen fuerit: aut tres, si Alexandrinum Herophilium, Tharseum vero Iuniorem fuisse cognominatum asserimus: quum Iuniorem, neque Alexandrinum, neque Herophilium esse posse, satis constet. Ex his autem tribus Dioscoridis nomine vocatis, Anazarbeus caeteris antiquior, ab Anazarbo, Ciliciae vrbe, eius patria, dictus fuit: quae, quum Diocaesarea, et Cyindia prius vocaretur, a terrae motu diruta, ex proprio Zarbae seu Anazarbae nomine, qui eam Neruae Imperatoris iussu reaedificauit, Anazarbus fuit appellata. Herophilium eundem atque Alexandrinum fuisse, vel inde coniici potest, quod Herophilus medicus celeberrimus, a cuius secta cognomen illum assumsisse credi potest, Alexandriae degisse certo scimus. Et praeterea si ea, quae in Exegesi, in dictione *Ἰνδικὸν* Galenus scribit, attente legantur, vt monui, non temere asseritur Dioscoridem Iuniorem, et Alexandrinum esse diuersos. Quod si eiusmodi coniecturae leuissimae esse videntur, necessario dicendum est, quinque medicis Dioscorides nomen fuisse. Caeterum ad quodnam genus tractationes horum auctorum pertineant: et quo pacto ex illis internosci possint: maiorem habet difficultatem. Nam, vt taceam, de numero librorum ab Anazarbeo editorum, inter scriptores parum conuenire: illud sane constat, praeter ipsum,

ντος δὲ ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίᾳ τε τῇ [1] *Κιττιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ* [2] *τῇ Ταραντίνῳ τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος· καὶ* [x] *Γλαυκίᾳ τῇ ἐμπειρικῇ δὲ ἑνὸς* [3] *πολυχίσῃ πάνυ καὶ κατὰ στοιχεῖον* [4] *πεποιημένῃ τοῦτο ἐπιτηδεύσαντος· πρός τε* [5] *τούτοις Λυσιμάχῳ τῷ Κῴῳ καὶ βιβλίον* [6] *εἰσπονήσαντος πραγματείαν, μετὰ τοῦ τὰ τρία μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν* [7] *Ἡροφίλειον,*

[1] *πιτιέως supra scriptum est n. in MS. D.* [2] *τῇ ῥαντίνῳ MS. D.* [3] *πολυσίχῳ MS. D. et Chart.*

ipsum, etiam Alexandrinum et Iuniorem de Medicamentorum differentia ac facultate scripsisse: siquidem Galenus in libro, qui a me nuper citatus est, de significatione vocis *ἰνδικὸν* differens, ostendit, Dioscoridem Anazarbeum de pipere et zinzibere scripsisse: ac inter vtrumque distinctionem assignasse; et ob id Alexandrini opinione confutata, Iunioris sententiam assensione sua comprobat, quem nihilominus in Prooemio eiusdem libri damnat: vt qui multis conscriptis voluminibus, formam cuiusque stirpis, herbae, rerum metallicarum, piscium, et omnium animantium, de quibus frequens apud Hippocratem mentio est, exponat: nec pudeat ex libris Nigri, Pamphili, et Dioscoridis Anazarbei, atque ante hos Crateuae, Theophrasti, et Heraclidae Tarantini, et aliorum, omnia ea describere. Sed potest inter illos ea distinctio assignari: vt Anazarbeo sola tractatio simplicium medicamentorum accepta referatur: Iuniori vero, Onomasticum, multis voluminibus conscriptum: in quo tum simplicia medicamenta, tum aliae voces Hippocratis explicentur. Is enim, teste Galeno, in eodem libro in dictione *ἰνδικὸν*, linguas conscripsit; quamuis in prooemio illius asserat, multis voluminibus, non modo dimidiam, sed ne tertiam quidem, aut quartam verborum Hippocratis partem explanasse. Scrupulus tamen ex animo legentium euellendus est. Eiusmodi enim tractationis genere, Iunior ab Alexandrino haud distingui posse videtur; quum et hunc quoque Hippocratis voces exposuisse, Pauli Aeginetae testimonio, non sit difficile ostendere: qui libro IV. cap. 23. scribit: Dioscoridem Alexandrinum literis mandasse, *τέρμινθας* cutis esse excrescentias, rotundas, nigrouirides, terebinthi fructum referentes. Sed dici potest, Alexan-

dixit. Apollonius Cittieus decem et octo ſcripſit contra tres Tarantini libros ad Bacchium, et Glaucias Empiricus vno, eodemque magno volumine, et literarum ordine ſeruato, idem etiam facere eſt aggreſſus. Lyſimachus praeterea Cous, vnius libri tractatione confecta, tres ad Cydiam Herophili libros conſcripſit: tres etiam ad Demetrium,

[4] πεποιημένον, *MS. D.* [5] τούτοις ἐπὶ Λυσ. *MS. D.* [6] ἐκπονήσαντος *MS. St.* ἐσπονήσαντος *MS. D.* [7] Ἡροφωλίον *MS. D.*

Alexandrinum commentarios in Hippocratem edidiſſe: Iuniorem vero, Onomaſticum, Linguae nuncupatum. Poſtremo inquiſitione dignum videtur, nunquid Φωκᾶ Phocas, an Φακᾶ Phacas legendum ſit, et nunquid Anazarbeo, an Iuniori, aut Alexandrino hoc cognomen attribui debeat. Sane, quum vtraque lectio, in Exemplaribus Erotiani et Galeni reperiatur, non ſtatim occurrit animo, quae ſit cauſa ambigui; fieri enim poteſt, vt pro Phacas Phocas mendoſe legatur, quia Dioſcorides, vt teſtatur Suidas, a faciei maculis lentes referentibus cognomento Phacas fuit appellatus. Negari etiam non debet, vel plures exſtitiſſe, quibus Dioſcorides Phacas nomen fuerit: vel ex eis, alterum Phacam, alterum Phocam fuiſſe appellatum. Quam coniecturam non eſſe prorſus ſpernendam putarem: ſi ea ad componendas ſcriptorum lites ſatis eſſe poſſet. Neſcio enim etiam, ſi haec ipſa coniectura non abiiciatur, quo pacto inter Galenum, Erotianum, et Suidam, ea de re conuenire poſſit, quum Suidas Anazarbeum, Phacam cognominari ſcribat: ei, vt iudico, plus tribuens, quam res et veritas ipſa concedat: Galenus vero in Prooemio Exegeſis, Herophilium a Iuniori, qui linguas multis voluminibus ſcripſit, hoc cognomine diſtinguat: Erotianus denique ei prorſus aduerſatur, quia in dictione φωναὶ καθειλοῦσαι Dioſcoridis Phacae expoſitionem adducit: et in huius operis praefatione afferit, Hippocratis dictiones ſeptem conſcriptis libris eundem explanaſſe et in multis contra Bacchium, atque alios, qui ipſum praeceſſerunt, dixiſſe. Quid autem in hac controverſia afferendum ſit, me latet. Galeno tamen, propter ſummam eius auctoritatem in re, opinione tam dubia, ſubſcribo. EUST.

x. De hoc et Epicle paulo inferius nobis dicendi erit oportunitas.

φίλειον, τρία δὲ πρὸς Δημήτριον. Καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων, πᾶσαν [1] ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. Τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις [2] ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. Ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος, περὶ ὧν [3] γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ [y] [4] Ἀριστοπέας οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας [z] Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς. Ὅθεν ἐπεὶ τινὰς τῶν ἀρχαίων οὐκ [a] ἀποδοχῆς, ἀλλὰ μέμψεως ἀξιοῦσι, δι' αὐτὸ τοῦτο μετὰ τοὺς ἥρωας, καὶ αὐτοὶ τετολμήκαμεν περὶ τοῦ ἀνδρὸς συντάξαι. [b] Εὔλογον οὖν ἡγοῦμαι προειπεῖν τοῦτο, ὅτι πολλαὶ τῶν ἐπὶ τὰς γραφὰς ὁρμώντων γεγόνασιν ὑπολήψεις. [5] Εἰ [c] γὰρ ὅσα τινὲς εὗρον, ἐσπούδασαν φιλανθρώπως ἀναγράψαι, ἢ ὅσα εὑρόντες οὐκ ἐφθόνησαν ἐμφανῆ ποιῆσαι, ταῦτά τινες ἕτεροι [6] δείξαντες, [d] τ' ἀμισοῦς μεταδόσεως ἱκανὴν ἀπηνέγκαντο μαρτυρίαν, ἢ καὶ τὰ μὴ συμφέροντα, ἱστορηθέντα [e] διορθοῦν ἐσπούδασαν· κατηγορικὴν οὐκ ὀλίγοι [7] πεποίηνται συντάξεως ἀφορμήν. Οἷς πάλιν [8] ἀντειπόντες ἕτεροι, σφόδρα που τὸ Ὁμηρικὸν ἐξεπλήρωσαν.

[9] Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

Ὧν

[1] ἐσπούδασεν *MS. D.* [2] ἐλλογίως *MS. D.* [3] γεγράφουσιν *MS. D.* [4] Ἀριστοβούλος *MS. St.* Ἀριστέας *Eust.* [5] *Turnebus* ἢ γὰρ *legit, St. eamdem lect. tuetur Chart.*

y. Aliqua exemplaria habent Ariſtopeas, alia Ariſtobulus. EUST. Forte Ἀριστογείτων, qui laudatur a Plin. L. XXVII. ſ. 14.

z. Locum Erotiani de Antigono laudat Ioh. Meurſius in Praef. ad Antigoni Caryſtii Hiſtoriar. memorabilium collectanea; illumque ipſum eſſe cenſet, quem poſtea laudat Erot. in Πρηνιρά, quem locum conſule.

a. Interpres *laudem* vertit. Bene. Praecipue autem eiusmodi laus, qua magnae auctoritatis apud nos aliquem eſſe ſignificamus.

b. Interpres, *rationi conſentaneum.* Melius, *huic commentationi, diſſertationi conſentaneum.* Sic enim voce λογὸς Maximus Tyrius in inſcriptionibus commentationum libri ſui vſus eſt, vt et alii.

c. Cau-

metrium, quem ſequutus Euphorion, dictionem omnem ſex libris interpretari conatus eſt. Ex Grammaticis vero nemo ita eximius viſus eſt, qui hunc virum praeterierit. Ariſtarchus inſuper de omnibus his tractauit, de quibus Ariſtocles et Ariſteas (Ariſtopeas) Rhodii ſcripſerunt. Poſt vero omnes Antigonus, et Didymus, Alexandrini. Quum vero quoſdam veterum, non laude, ſed vituperatione dignos putent: hac de cauſa, poſt heroas nos quoque de viro ſcribere auſi ſumus. Verum haec prius dixiſſe rationi conſentaneum videtur, varias eorum fuiſſe opiniones, qui ſcribere aggreſſi ſunt. Plerique enim quae inuenerunt, perhumaniter literis mandare curauerunt. Nonnulli vero, quum propria inuenta aliis communicare non inuidiſſent, haec ipſa quidam alii edentes, benignitatis ſuae magnum teſtimonium reliquerunt. Alii, quae nobis non vtiliter ſunt tradita, corrigere ſunt conati. Non pauci occaſionem accuſandi alios idem nacti ſunt. Quibus rurſus alii, quum ſint aduerſati, Homericum illud valde comprobarunt. Iliad. XX, v. 250.

Quale verbum dixeris, tale et audies.

Quos

[6] *διξαντες MS. D.* [7] *πεποιήται MS. D. πεποίηνται τῆς συντ. Chart.* [8] *ἂν εἰπόντες MS. D.* [9] *ὁποῖον MS. D.*

c. Cauſa, quam Erotianus aſſignat, non modo cum priori videtur coincidere, verum etiam cum verbis, quae ſequuntur, non cohaerere; et ideo vel *οὐκ* negatio ſuperflua eſt, vel pro *οὐκ ἐφθόνησαν*, hoc eſt, *non inuidiſſent*, legendum, *οὐκ ἔφθασαν*, hoc eſt, *non praeueniſſent;* vel dicendum eſt, fieri poſſe, vt quae aliquis inuenit, alter edat. KUST.

d. Id eſt, *ingenuae liberalitatis, ab omni odio, partiumque ſtudio remotae.*

c. Erotianus ipſe per *διατυποῦν* interpretatur, quod eſt, *ad priſtinam redigere formam.* Hoc ſiquidem verbum de rebus aliquo modo excedentibus vſurpatur, ſi in naturalem et moderatum reſtituuntur ſtatum, vid. Gorraeum in hac voce, vnde de luxatorum membrorum repoſitione paſſim apud medicos occurrit. Tranſlate tandem

Ὧν ἀντικατηγόρησαν [1] τινὲς, ἐμφρόνως εἰδότες, ἀνδρὲς ἐπαμύναθαι, [2] ὅ τε τις πρότερον [3] χαλεπήνῃ. Πολλοὶ καὶ τὰ [4] σποράδην τισὶν εἰρημένα ἐφ' ἓν συναγαγόντες, ἐκ ἀκάρπε γραφῆς ἐπινοίας ηὐπόρησαν, [5] καὶ τὰ ἀναποδείκτως ἰσορηθέντα μετὰ λόγε παραθέμενοι, [6] οἱ δὲ καὶ τὸ σαφῶς λεγόμενον, ἐξαπλῶσαι, καὶ τᾶτο ἐπὶ [7] μακρῶς, συντομώτερον ἀποσεῖλαι, καὶ τὰ ἀμφίβολα ἐκεῖνα ἑρμηνεῦσαι, εὔλογον δόξαν [8] ἀπενεγκαμένης· τῶν δὲ εἰρημένων χαρακτήρων εἷς ἕκαστος εὐλόγε τετύχηκεν ἐπαίνε· πῶς [9] ἃ μείζων ἀξιᾶθαι [10] δικαίως συγχάνειν τῆς παρέσης γραφῆς ἡ ὑπόχεσις διὰ πάντων τῶν εἰρημένων ἰδιωμάτων κεχωρηκυῖα· Καὶ γὰρ [11] εὑρέσεως [12] ἕνεκεν πολὺν εἰσφέρεται πόνον, καὶ [f] κριτικῶς παρατίθεται τὴν ἐν ταῖς φωναῖς ἀλήθειαν, διορθεμένη τὰ μὴ κατὰ τρόπον ἀναγεγραμμένα, ῥοωγυλώτερον δὲ ἀπαγγέλλεσα τὰ [13] καινότερως εἰρημένα, τᾷ σαφῆς καὶ τεταγμένε πολὺν ἔχεσα λόγον· [14] μετὰ τᾷ τὰ σποράδην πολλοῖς εἰρημένα, ὑφ' ἓν συναγαγεῖν. Τοσάυτης [15] γᾶν συντάξεως καταβαλλόμενοι πληθὺν, οἱ μὲν ἕνεκα τάυτης [16] δικαίως ἐδεμίαν ἀπηνέγκαντο δόξαν· ἐπεὶ προσκορὲς ἰδίως πᾶν τὸ πολύ· οἱ δὲ διὰ τὸ ἄγαν ματαίως τὸ ἀκριβὲς ἐξηγέμενοι, [g] τί ἐς [17] γένος, καὶ τὶ τὸ [18] πλατὺ, καὶ τὶ τὸ ἀῤῥονομικὸν, καὶ τὶ τὸ [19] ἀκροκώλιον, καὶ [20] ῥενωπὸς, καὶ τὰ

[1] ἀντικατηγόρησαν ἐμφρόνως εἰδότες τινὲς 'Ανδρ' ἐπαμ. *Chart. et in animaduu.* ἐμμυνάθαι. [2] ὅσις πρότερος *Chart.* [3] χαλεπήνοι *MS. D.* [4] κατὰ σποράδην τι σὺν εἰρημένοι *MS. Doru.* [5] καὶ τ' ἀναποδείκτως *MS. D.* [6] *Turnebus ſcribit*, εἰ καὶ τὸ σαφῶς, *St.* ἀσαφῶς *Chart.* [7] μακρὸν *Chart.* [8] *Turnebus ſcribit* ἀπηνέγκατο. *St.* [9] *Turnebus ſic:* ἃ μειζόνων ἀξιᾶται *St.*

dem *corrigere, emendare,* ſignificat. Sic et in ſequentibus: διορθουμένη τὰ μὴ κατὰ τροπὸν ἀναγεγραμμένα, quod potiſſimum opus Criticis eſt proprium.

f. Hoc eſt: accuratione ſumma et exercitato iudicio, quale eſt Criticorum, veritatem in vocibus contentam et latentem prodere ac eruere.

g. Aliud

Quos nonnulli reprehenderunt, qui prudenter ſciebant viros vlciſci, quum quis prius laceſſiuerit. Multique ſparſe quorundam dicta in vnum colligentes, et ea, quae ſine demonſtratione erant tradita, cum ratione apponentes, infructuoſae ſcriptionis ſtudio non eguerunt. Alii vero obſcure dictum explanare, et id multis verbis ſcriptum, contrahere, et ambigue dicta interpretari conati, iuſtam gloriam reportarunt. Atqui, ſi horum vnuſquiſque eſt in ſuo genere meritam laudem conſequutus, qui fieri poterit, vt praeſentis ſcriptionis promiſſio, quae omnia dicta idiomata complexa eſt, maiorem laudem aſſequi digna non cenſeatur? Etenim multum laboris, inuentionis cauſa ſuſcipit: et veritatem vocum cum iudicio explicat: ea, quae, non quemadmodum oportet, ſcripta ſunt, corrigendo: plenius, faciliuſque inuſitate dicta pronunciando: magnam habens eius rationem, quod lucide ordinateque ſcriptum ſit: ſimul etiam, quae ab aliis variis in locis dicta ſunt, in vnum contrahendo. Qui vero tantae conſtructionis multitudinem reiecerunt, huius rei merito nullam ſunt gloriam conſequuti: quoniam omne, quod multum eſt, ſatietatem proprie affert. Alii vero, quoniam fruſtra nimii ſunt in eo explicando, quod omnibus eſt manifeſtum: vt quid ſit γένυς *gena*, quid πλατὺ *latitudo*, quid ἀϛρονομίη *aſtronomia*, quid ἀκροκώλιον *extremum coli*, quid ϛενωπὸς *locus anguſtus*, et his notiora verba. Si

[10] δικαία τυγχάνει, *Chart.* [11] ἀρέπσεως *MS. D.* εὑρήσεως *Chart.* [12] ἕνεκε *MS. D.* ἕνεκα *Chart. v. ſq.* πολλὴν *MS. D.* [13] καινότερον *Chart.* [14] μετὰ τὰ σποράδην *omiſſo* τᾧ *MS. D.* [15] ἂν *Chart.* [16] δικαίαν *Chart.* [17] γένυς *Euſt.* γένες *MS. D. in margine* γένος. [18] πολὺ *MS. St.* [19] ἀκροκόλιον *MS. D.* ἀκρόπλοον *Chart.* [20] ϛενοπὲς *MS. D. et Chart.*

g. Aliud exemplar habet pro γένυς *gena*, γένος *genus*, et pro πλατὺ *latitudo*, πολὺ *multum*, et pro ἀϛρονομίη *aſtronomia*, ἀϛρονομικὸν *aſtronomicum*. Sed non refert hoc, an illo modo legatur. Quaedam etiam exemplaria pro ἀκροπώλιον *extremum coli* habent ἀκροπόλιον

arx:

τὰ ἔτι τέτων φανερώτερα ῥήματα. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν τὰς [1] πᾶσι γινωσκομένας ἐξαπλᾶν φωνὰς, ἢ τοι πάσας ὀφειλήσομεν ἐξηγήσασθαι, ἢ τινας. Ἀλλὰ πάσας μὲν [2] ἀδύνατο, [h] τινὰς δὲ δίκαιον. Ἢ γὰρ διὰ συνήθων ἐξαπλώσομεν αὐτὰς ῥημάτων, ἢ διὰ τῶν μὴ συνήθων. Ἀλλ' αἱ μὲν ἀσυνήθεις [3] εἰς τᾶτο ἀφυεῖς φαίνονται (δεκτὸν γὰρ τὰ ἧττον γινωσκόμενα διὰ τῶν μᾶλλον γινωσκομένων ἐξαπλᾶν) αἱ δὲ συνήθεις [4] τὸ ἐπίσης εἶναι φανεραὶ, πρὸς τὸ δηλωτικὸν τῆς ἑρμηνείας, ἐκ ἔσονται, ὥς φησιν Ἐπίκυρος. Ἀπόλυται γὰρ ἰδίως τῆς ἑρμηνείας τὸ φανερὸν, ὅθ' ὑπὸ λόγε, καθάπερ τινὸς οἰκείε [i] μαγγανεύεται φαρμάκε. [k] Τῶν δὲ ἄλλων [5] Ἐπικλῆς μὲν ὁ κατὰ στοιχεῖον ποιησάμενος τὴν ἀναγραφὴν, ματαίᾳ συντομίας ἐγένετο ζηλωτής. Πρὸς τῷ γὰρ μὴ πάσας ἐξηγήσασθαι, ἔτι καὶ τὰ συντάγματα, ἐν οἷς αὐτῶν [6] ἕκαστος κατεγέγραπτο, [7] σιωπῆς ἱκανῆς αἴτιον ἐγένετο τοῖς ἀναγινώσκεσι. Πάλιν γὰρ ἐδέησε καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐξηγεῖσθαι μὴ τὴν ἀνάγνωσιν, εἰ νοητή τις ἐσὶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν, εἰ κατατέτακται. Γλαυκίας τε ὁμοίως τὸ κατὰ στοιχεῖον ζηλώσας μακρότερος ἐφάνη, καθ' ἑκάστην φωνὴν παρα-

[1] πᾶσιν *MS. D.* [2] ἀδυνατὸν *Chart.* [3] ἐς *Chart. Signa parenth. non habet Chart.* [4] *Turnebus reponit* διὰ τὸ. *Possit etiam* τῷ *scribi, idem valens ac* διὰ τό. *St.* τῷ *Chart.*

arx: quae vox Hippocrati non est in vsu, sicut nec ξενωπός. KUST.

h. Haec sententia difficilis est: et dictio aliqua in ea deesse videtur. Fortasse legendum est: τινὰς δὲ ἃ δίκαιον, hoc est, *aliquas vero non aequum.* Quae lectio a priori differre non videtur; quia parum refert, si oratio particularis, vel affirmatiua sit, vel negatiua: quouis enim modo legatur, disiunctum, quod sequitur, cum priori sententiae parte, cohaerere non videtur. EUST.

i. Haec vox de praestigiatoribus et incantatoribus proprie dicitur, deinde de fuco super aliqua re inducto, quod bene vidit h. l. interpres. Sic μαγγευμάτα Cleopatrae passim occurrunt apud scri-

Si enim voluerimus omnibus notas voces explicare, aut omnes interpretari debemus, aut aliquas: omnes autem, fieri non poteſt: aliquas vero aequum: vel enim ipſas vſitatis verbis explicabimus, vel minus conſuetis. Sed quae minus conſueta ſunt, ad hoc minime apta eſſe videntur: quoniam ignota, per ea, quae ſunt magis nota, declarari oportet. Conſueta vero, quum ſint aeque manifeſta, non erunt, vt ait Epicurus, ad declarandam interpretationem apta. Perit enim proprie euidentia interpretationis, quando a ſermonis fuco inficitur, tanquam a proprio pharmaco. Inter alios autem Epicles, qui iuxta ordinem elementorum commentarium fecit, vanae fuit imitator breuitatis; quoniam praeterquam quod omnes voces non explicauit, compoſitiones etiam, in quibus vnaquaeque ipſarum conſcripta erat, cauſa fuerunt, vt legentes omnino conticeſcerent. Oportebat enim rurſus in qualibet ſcriptione interpretari, non ſi, quod egebatur, erat * intelligibile, ſed ſi, quod dicebatur, erat ex ordine collocatum. Atque Glaucias eodem modo elementorum ordinem imitatus, in vnaquaque voce longior eſt viſus, addendo

[5] ἐπικλεῖς *MS. D.* [6] ἐκδεῖν, *MS. St. quam lectionem meliorem eſſe clarum eſt. Sed et haec ſequentia verba,* σιωπῆς ἱκάνης κάτιον, *mendi ſuſpicione non carent. St.* ἐκκεῖσθαι *Chart.* [7] σιωπῇ ἱκανῇ *MS. D.*

* Ad percipiendum aptum, euidentia praeditum.

ſcriptores, quippe quae ob haec maxime celebrata fuit. Tandem de artibus coquorum vtitur, et eorum qui vinis perditis et vilibus bonum ſaporem, odorem et colorem conciliare, eaque vendere ſolent. Ad Latinos demum tralatum hoc verbum, qui *mangonizare* barbare dicunt.

k. In hac ſententia mendum ſubeſſe ſuſpicor; qui enim fieri poſſit, vt compoſitiones Epiclis, legentibus ſilentium imponant, aſſequi nequeo; niſi pro σιωπῆς, hoc eſt, *ſilentium*, πλησμονῆς, id eſt, *ſatietas* reponatur, aut *ſilentium* pro *animi perplexitate*, hoc in loco ſumatur. RUST. Hunc locum laudat Hadr. Heringa in Libro ſingulari Obſſ. critt. Leovard. 1749 edito, p. 4.

παρατιθέμενος τὰς [1] ἐν οἷς καταγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ γλῶτται συντάξεις. Διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην [2] γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τοῦ συγγράμματος [3] δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἰσορρῶνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνουσι, μιμνησκόμενοι καὶ τῶν ἅπαξ εἰρημένων, καὶ τὰς [4] ἀνακεχωρηκυίας [5] Διδύμῳ πιστεύοντες μαρτυρίας· τὰς δὲ ἐχ ἅπαξ ἀσαφεῖς εἰς τὸ ἀνθ' ἑνὸς δηλωμένας, ὑπάγοντες. [6] Προσεξαπλοῦντες δὲ καὶ τὰς παρὰ τοῖς ἄλλοις τέλεον [7] παραλελειμμένας. [8] Τό, [1] τε γὰρ [9] τέρθρον [10] τοῦ πάθους ἐδεῖς αὐτῶν ἐξηγεῖται, [m] καὶ τὰς αἰθόλικας, καὶ τὸ κερχνώδες, καὶ [n] τὰς τέρμινθας,

[1] ἐν αἷς *Chart.* [2] γραφὴν ἐξελέξαμενοι *MS. D.* [3] δηλωσώμεν *MS. D. Et pro* ὁποῖαι *Adr. Heringa legendum cenſet* ὅπως. [4] *Turnebus ſcribit* ἀνακεχωρηκὰς *St.* ἀνακεχωρηκὰς *MS. D.*

l. τὸ τέρθρον τοῦ πάθους, *Extremum, ſeu finem paſſionis*, nuſquam apud Hippocratem reperio. In omnibus enim exemplaribus etiam MSS., quorum quatuor in Bibliotheca Vaticana mihi videre contigit, legitur σερεὸν τοῦ πάθους, vt ſuo loco explicabo. EUST. Nihilo tamen ſecius haec vox reperitur libro II. de morbis mulier. apud Hippocr. p. 269. 28. quo in loco notat *ſummum, ſupremum morbi, curationis maxime indigens.* Plura vide ap. Foeſ. in Oec. Hip. p. 625. qui aſſerit: vtique in omnibus exemplaribus τὸ σερεὸν pro τέρθρον ſcribi, non ſine inſigni vitio. Nam etſi firmitas et ſoliditas morbi ſignificatur, elegantis tamen tranſlationis vſus eluditur.

m. Aliud exemplar habet τὰς αἰθαλικὰς. Galenus vero in Exegeſi legit αἰθύλικες, vt paulo poſt dicam. EUST. Gorraeus vtramque formam et αἰθάλικες et αἰθύλικες occurrere aſſerit in Defin. med. p. 10. Eas autem Galeno auctore ſic deſcribit: *ſunt in ſumma cute circuli quidam rubentes, iis ſimiles, qui ab igne excitantur.*

n. Quum Erotianus de hac voce nullam faciat mentionem, dicendum eſt, vel ipſum promiſſis non ſtare: vel hoc opus mancum, eſſe fragmentum eorum, quae ipſe ſcripſit, ſine vllo ordine ab aliquo

addendo quibus in libris hae voces reperirentur. Quare nos in vnoquoque libro eas voces deligentes, hoc commentario quomodo ſint poſitae, quibuſque libris eae, quae minus ſunt vſitatae, ſcriptae ſint, explicabimus: atque in noſtra hac interpretatione, quid ſignificent, exponemus: in memoriam reuocantes eas, quae ſemel dictae ſunt, et quae a communi vſu ſeparatae ſunt, duobus teſtimoniis a nobis confirmabuntur, eas vero, quae non ita ſunt obſcurae, ad vnius ſignificatum referemus: explanantes perfecte eas quoque, quas prorſus alii reliquerunt. Nemo enim ex iis τὸ τέρθρον τῆ̃ πάθεος, *finem*, ſeu *vltimum paſſionis*, interpretatur. Et τὰς αἰθολικὰς, *puſtulas vrentes*, *quae in corporis ſuperficie naſcuntur*. Et τὸ τραχυῶδες, *aſperas eminentias habens*. Et τὰς τέρμινθας,

[5] διδύμας *MS. D.* μαρτυρίαις *Chart.* [6] πρὸς ἐξαπλῶντες *diſtinctim MS. D.* [7] παραλελειμμένας *MS. D. et ſic quoque Chart.* [8] τῆ̃ τε *MS. D.* [9] τέρθρα *MS. D.* [10] τὸ πάθος *MS. D.*

quo graeculo collectum. Sunt autem τέρμινθοι *tumores praeter naturam*, de quibus Hippocrates ſecundo de morbis vulgaribus ſectione ſecunda, p. 312. v. 49. ita ſcribit: *Ariſtaei vxoris frater fatigatus in via incaleſcebat: deinde in tibia* τέρμινθοι, *tumores, terebinthi fructui ſimiles, fiebant;* vel vt Caluus vertit, *tibiae rubuerunt*. Et ſexto de morbis vulgaribus, commentario tertio, textu 27. p. 346. v. 18. *Qui haemorrhoidas habent, neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedaena, neque furunculis, neque* τερμίνθοισι *tuberculis terebinthi figuram habentibus, corripiuntur.* Quam ſententiam repetit tertio de humoribus textu 26. p. 117. v. 28. Caluus vertit *puſtulis*. Galenus vero in Exegeſi inquit: τέρμινθοι, *tumores ſunt praeter naturam, qui terebinthi arboris fructui ſimiles in cute naſcuntur*. Exprimit autem clarioribus verbis hanc vocem in expoſitione loci, quem modo citaui ex tertio de tumoribus et ex ſexto de morbis vulgaribus, ita ſcribens: *Nomen vero terminthorum nigras quaſdam puſtulas, in cruribus potiſſimum erumpentes ſignificat: ductum a ſimilitudine figurae coloris ac magnitudinis, quam cum* τέρμινθα *terebinthi fructu gerit;*

in

μινθας, τό, τε θηριώδες, καὶ τὸ [1] ° σκορδίνημα, [p] καὶ τὸν σκίῤῥον, [q] καὶ τὴν ἐκνύπην μήτραν, καὶ τὸ [2] ἐπηλυγάζεσθαι, τά τε [r] αἱμόκερχνα, καὶ [s] τὸ [3] φολικώδες, καὶ τὸ [t] ἔναιμον νεῦρον, καὶ τὸ [u] ἴκταρ, καὶ ἄλλας πλείους λέξεις, ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐρῶμεν. [v] Ὅθεν καὶ [4] ἐπεὶ τῶν ἀληθῶν νομιζομένων συνταγμάτων [5] ἔστι μὲν ἃ σημειωτικὰ, ἃ δὲ, φυσικὰ καὶ αἰτιολογικά· ἔνια [6] δ' εἰς τὸν περὶ τέχνης συντείνοντα λόγον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν, ἃ μὲν διαιτητικὰ, ἃ δὲ χειρεργάμενα, καὶ πάντως μικτά· δίκαιον ἡγῶμαι, προϊσορήσας

[1] σκορδίνευμα *MS. D.* [2] ἐπολυγάζεσθαι *MS. D.* ἐπηλογάζεσθαι *falso Obſſ. Miſc.* [3] φιλικῶδες *MS. D.*

in qua voce interpres latinus fallitur, ἐρεβίνθε, *ciceris*, pro τέρμινθε, *terebinthi fructu* legens. Sumſiſſe autem Galenum interpretationem huius dictionis a Dioſcoride Alexandrino, ex iis, quae Paulus Aegineta ſcribit libro quarto, c. 24. clare patet. Oribaſius in eadem eſt ſententia; paucis enim clarioris doctrinae gratia additis, libro ſeptimo ſynopſeos c. 26. ſcribit, τέρμινθος *phymatis ſpecies eſt; in ſummo autem ipſo vlcere puſtula nigra eminet, qua rupta id, quod ſubiectum eſt, ſimile deſquamato apparet:* vbi hoc *diuiſeris, pus inuenitur.* Cui ſubſcribit Aetius, L. XIV. c. 62. et Paulus Aegineta libro et capite ſupra citato. EUST. cf. Gorraeum in def. med. ſub hac voce p. 454.

o. Σκορδινισμὸς quoque eſt in vſu. Quidam κορδίνημα dant, male. Euſtachio tamen interpretanti, *capitis grauitatem*, aſſentire non poſſum propter Galen. in Gloſſ. in hac voce; vnde Gorraei amplector ambabus manibus ſententiam in Def. med. p. 421. *Eſt*, inquit, σκορδίνημα *diſtenſio coacta* membrorum omnium ad vaporum difflationem.

p. Quae vox notiſſima eſt; et ideo ſuſpicor legendum eſſe, τὸν σκηρὸν, *fungoſum*, quia haec dictio apud Hippocratem raro inuenitur. EUST.

q. In aliquibus exemplaribus legitur, κνίζειν μήτραν, *pungere vterum:* in aliis ἐκνευτὴν μήτραν, *prolabentem vterum:* in aliis ἐκνυτὴν μήτραν, *vterum ſtimulatum*, quarum dictionum nulla apud Hippocratem et Erotianum reperitur. Reponerem ἀγρηαθῆναι τὰς μήτρας, vel ἀγρηαθῶσιν αἱ μήτραι, quum ea dictio

θας, *tubercula terebinthi fructui non abſimilia.* Et τὸ θηριῶδες, *ferinum.* Et τὸ σκορδίνημα, *capitis grauitatem.* Et τὸν σκίῤῥον, *ſcirrhum.* Et ἐκνύπην μήτραν, *vterum explicatum*, ſeu *explanatum.* Et τὸ ἐπηλυγάζεσθαι, *impeditum eſſe*, ſeu *obumbratum eſſe.* Et αἱμοκέρχνα, *cruenta et arida.* Et τὸ φολικῶδες, *ſcabioſum.* Et τὸ ἔναιμον νεῦρον, *nerum ſanguine praeditum.* Et τὸ ἴκταρ, *prope.* Aliaſque plures voces, de quibus omnibus ſuo loco dicemus. Quare in illis voluminibus, quae vere Hippocratis nomine circumferuntur, Alia ſunt ſignificatiua: Alia naturalia et cauſatiua: Alia vero curatiua: Nonnulla autem ſpectantia ad artis praecepta. Et horum, quae ad curationem referuntur, Alia ſpectant ad victus inſtituendi rationem: Alia vero ad chirurgiam. Alia autem ſunt omnino mixta. Quae quum ita ſint, non ab re eſſe

 exiſti-

[4] ἐπὶ τ. ἀ. νομιζομένων *MS. D.* [5] ἔϛι μὲν σημειωτικὰ, *omiſſo* ἅ *MS. D.* [6] δὲ *Chart.*

dictio ab Erotiano exponatur, et ab Hippocrate raro vſurpetur, niſi a prioribus longe diſtaret. EUST.

r. Vide Erotian. in hac voce.

s. Ita legendum eſſe cenſeo; quia apud Erotianum et Galenum in Exegeſi reperio φολικώδεα. In aliquibus exemplaribus φολικῶδες perperam legitur, pro quo φυλλικῶδες, *frondoſum* reponerem, ſi hanc vocem Erotianus explicaret. EUST. Laudatur hic locus a Foeſio in Oecon. Hipp. p. 664, qui ſimul obſeruauit quaedam exemplaria legere vitioſe φυλλικώδες et φιλλικώδες.

t. Id eſt ſanguineum neruum. Laudat Foeſ. in Oec. p. 428 locum Hippocr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος p. 112. 49. τὰ δέρματος τὸ ἔξω, ὅτι συνεχές τε ἑωυτῷ καὶ νεύρῳ ἐναίμῳ. *Externa cutis, quoniam ſibi ipſi et nervo ſanguineo continua eſt.* Et quamquam Erotianus νεύρον ἔναιμον ἀντὶ τοῦ τῆς φλεβὸς poni afferat, tamen hoc non inſolens eſt antiquis νεῦρα, φλεβὰς dici. v. Foeſ. l. c.

u. Quid ſibi velit Erotianus, non facile eſt videre: Quandoquidem ſi haec dictio, *prope*, ſignificat, rara non eſt, ſed omnibus notiſſima: ſi vero pro *pudendo muliebri* ſumitur, vt Galenus in Exegeſi monuit, inſolita eſt: ſed ea ſignificatio ab Erotiano praetermittitur. EUST. Conf. Foeſ. in Oec. Hipp. ſub hac voce.

σας τὸν τῶν βιβλίων ἀριθμὸν, τηνικαῦτα [1] ἐπὶ τὴν τῶν λέξεων [2] ἀνάπλωσιν ἥκειν. Σημειωτικὰ μὲν ἔν ἐσι ταῦτα· Προγνωστικὸν, Προρρητικὸν, [3] ά καὶ β', ὡς ἐκ ἔσιν Ἱπποκράτης, ἐν [4] ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν. Αἰτιολογικὰ δὲ καὶ Φυσικά· Περὶ Φυσῶν, Περὶ [5] Φύσιος ἀνθρώπε, Περὶ [6] ἱερῆς νόσε, Περὶ [7] Φύσιος παιδίε, [x] Περὶ τόπων καὶ [8] ὡρῶν. Θεραπευτικὰ δὲ [9] τῶν μὲν εἰς χρόνοις ἀνηκόντων· Περὶ ἀγμῶν, Περὶ ἄρθρων, Περὶ ἑλκῶν, Περὶ [10] τραυμάτων, καὶ βελῶν, [11] Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, [12] Κατὰ ἰητρεῖον, Μοχλικόν, [13] Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν· Περὶ νόσων [14] ά, β', [y] Περὶ πτισσάνης. Περὶ τόπων, τῶν [15] κατὰ ἄνθρωπον, Γυναικείων [16] ά, β', Περὶ τροφῆς, Περὶ ἀφόρων, [z] Περὶ ὑδάτων. Ἐπίμικτα δὲ ἐσι ταῦτα, Ἀφορισμοί, Ἐπιδημίαι ζ'. [17] Τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης

[1] ἐπὶ τῶν λ. *omisso* τὴν *MS. D.* [2] *Pro* ἀνάπλωσιν *malim* ἐξάπλωσιν, *vt dixit initio* ἐξαπλώσεως *St. et sic Chart.* [3] πρῶτον καὶ δεύτερον *Chart.* [4] ἄλλας *MS. D.* [5] φύσεως *MS. D. et Chart.* [6] ἱερᾶ νόσε *MS. D.* ἱερῆς νόσε *Chart.* [7] Φύσεως *MS. D. et Chart.* [8] *Pro* ὡρῶν *legendum est* ἀέρων. *Ita enim Hippocratis liber inscribitur,* περὶ ἀέρων, ὕδατων, τόπων. *St.*

x. Hic liber Hippocratis plures habet inscriptiones: et ideo, non si altera earum est, De aeribus, aquis, et locis, pro *ὡρῶν, anni temporibus*, legendum esse *ἀέρων, aeribus*, quia Galenus in tractatione de libris propriis, c. 6. affert, librum De locis, aere et aquis, esse inscribendum, De habitationibus, et aquis, et *ὡρῶν*, anni temporibus, et regionibus. Et in libro, quod mores animi insequantur corporis temperaturam, libri De aeris, et temporum anni temperatura meminit. EUST.

y. Erotianus de inscriptione libri parum sollicitus, in eorum numero est, qui teste Galeno primo aphorismorum textu IV. et tertio De difficili respiratione, cap. 6. librum de victus ratione in morbis acutis, de ptisana inscribunt; quos idem Galenus reprehensione dignos putat, primo de ratione victus morborum acutorum, text. XVIII. et secundo de fracturis, textu XXIX. et tertio de ali-

exiſtimo, prius omnem librorum numerum recenſere, quod quum perfecero, ad ſingularum vocum explicationem accedam. Significatiui igitur libri ſunt hi: Prognoſticum, prorrheticum, primus ſcilicet et ſecundus, quos non eſſe Hippocratis in aliis oſtendemus. De humoribus. Cauſatiui vero ac naturales ſunt. De flatibus. De hominis natura. De ſacro morbo. De natura pueri. De locis et de anni temporibus. Ex his vero, qui ad medendi rationem pertinent, Chirurgiae inſeruientes ſunt: De fracturis. De articulis. De vlceribus. De vulneribus et telis. De vulneribus capitis. De officina medici. De vecte curandis. De haemorrhoidibus. De fiſtulis. Qui ad victus rationem ſpectant, ſunt: De morbis primus, et ſecundus. De ptiſana. De locis in homine. De morbis mulierum primus, et ſecundus. De alimento. De ſterilibus. De aquis. Qui mixtam materiam tractant, ſunt: aphoriſmi. De morbis popularibus ſeptem. Ex his qui pertinent ad artis praecepta, ſunt:

[9] *Turnebus reponit* τῶν μὲν εἰς χειρουργίαν ἠκόντων. *St.* εἰς χειρουργίας ἀνηκ. *Chart.* [10] τραμάτων *MS. D.* [11] καὶ τῶν *Chart.* [12] κατὰ ἰατρὸν *MS. D.* [13] περὶ αἱ αἱμορῥοΐδων *MS. D.* [14] πρῶτον καὶ δεύτερον. [15] κατὰ ἀνθρώπων *MS. D.* [16] πρῶτον καὶ δεύτερον. *Chart.* [17] τῶν δ' εἰς *MS. D. et ſic Chart.*

alimentis, c. 39. Quamuis Hippocrates in libello de veratri vſu p. 534. v. 32. eum titulum non reiiciat, quum ſic ſcribit: Quicunque vero inflammata in principio morbi, velut ἐν τῷ περὶ πτισάνης, id eſt, in libello de ptiſana dixi, ſtatim medicamento ſoluere aggrediuntur. Et parum infra v. 44. Sicut autem de πτισάνης, ptiſana dixi, ptiſamoides ſurſum purgat. KUST. De hac πτισσάνῃ cf. Foeſ. in Oec. Hipp. p. 542.

2. De Aquis nullus liber Hippocratis exſtat: et ideo diuinare non poſſum, quem Erotianus intelligat. Suſpicarer eum eſſe, quem de aere, et aquis, et regionibus ſcripſit: niſi inter cauſatiuos illum ſupra enumeraſſet. KUST.

τέχνης τεινόντων λόγον, Ὅρκος, Νόμος, Περὶ τέχνης, Περὶ [1] ἀρχαίης ἰητρικῆς. [2] [a] Πρεσβυτικὸς γὰρ καὶ Ἐπιβώμιος φιλόπατριν μᾶλλον ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα· ὡς ἐπὶ ταύτας τινὰς βεβαίως Ἱπποκράτης [3] λέγομεν εἶναι διδασκαλίας ἐυσήμε ἕνεκεν. Ἀρκτέον ἓν ἂν εἴη ἀπὸ τῶν σημειωτικῶν, ἐπειδὴ πάσης αἰτιολογίας καὶ θεραπείας προηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις. [b] Λοιπὸν ἀρξόμεθα ἀπὸ τῆ προγνωστικῆ.

[1] ἀρχαίας ἰατρικῆς *MS. D. et sic Ch.* [2] πρεσβευτικὸς *MS. St. et ita vulgo inscribitur St. et sic Chart.*

a. Hic finit se commemoratio librorum Hippocratis, quae paulo aliter se habet in Galen. de libris propr. c. 6. p. 44. Tom. I. ed. Charterii. Palladius vero in Comm. in Libr. de Fract. apud Foes. Sect. 6. p. 147. Opp. Hipp. alium seruauit ordinem. Cf. Christi. Godofr. Gruneri V. Ill. censuram librorum Hippocrateorum Vratisl. 1773. p. 27. sq. vbi etiam de reliquis sermo instituitur.

b. De ordine quo omnia persequi cupit, iam rationem reddit, eumque prorsus alium fuisse Adr. Heringa l. c. p. 5. docuit, quem locum ab initio ipsius Συναγωγῆς exhibebimus.

[a] ΑΡΧΗ

Iusiurandum. Lex. De arte. De veteri medicina. Πρεσβευτικὸς enim et ἐπιβώμιος, hoc eſt, oratio legationis ad aram, patriae amantem potius, quam medicum virum oſtendunt. Quare in his dicimus, quoſdam eſſe vere Hippocratis, clarioris doctrinae gratia. Incipiendum eſt itaque a ſignificatiuis, quoniam omnem αἰτιολογίαν, id eſt, cauſarum enumerationem, et omnem curationem ſignificatio praecedere debet. Igitur a prognoſtico incipiemus.

[3] εἶναι λέγομεν *Chart.*

[a] ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

[1] Ἀλυ-

a. Ante omnia, de ordine quem in expositione vocum Hippocratis Erotianus sequutus est, dicendum existimo: vt quid sibi velit ἐνθάδε siue ἐνταῦθα (quod passim apud illum inuenies) quantum satis longa inuestigatione assequi potui, patefaciam, atque ita eodem inuestigandi labore alios leuem. Meminerimus igitur Erotianum in vltima sua praefatione libros Hippocratis in quatuor primarias classes distribuisse, et primam σημειωτικοῖς, secundam αἰτιολογικοῖς καὶ φυσικοῖς, tertiam θεραπευτικοῖς, quartam τοῖς εἰς τὸν περὶ τέχνης τείνουσι λόγον assignauisse. Cuius distributionis si seruare ordinem voluerit (vt certe debuit) ab iis libris, quos σημειωτικὰς vocat, non dubium est, quin sumendum sibi initium putauerit: ideoque, quum locum προγνωστικῷ primum dedisset inter σημειωτικὰς, suam verborum Hippocratis expositionem auspicaturus, dixerit, λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τῆ προγνωστικῆ. Quae, quum ita sint, nemo, vt opinor, inficias iuerit, quin hunc sequutus fuerit in hoc opusculo ordinem, vt primo loco verba προγνωστικῆ, secundo vocabula προρρητικῆ, tertio τῆ περὶ χυμῶν explicarit. Deinde ad αἰτιολογικὰς καὶ φυσικὰς veniens, primum locum vocabulis libri περὶ φυσῶν, secundum, verbis opusculi περὶ φύσιος ἀνθρώπε, tertium vocibus libelli περὶ ἱερῆς νόσε dederit, et ita deinceps progressus fuerit. Quum ergo dicit ἐνθάδε (id est, hoc in loco) fingamus ab eo praefixum certi cuiusdam libri titulum, cuius vocabula (ea quidem, quae explicatione indigere existimat) quo illic ordine occurrunt figillatim explicet: ac voces, quae in diuersis reperiuntur locis, primum ex eo loco citari censemus, qui primus apud Hippocratem eas habet, sequendo videlicet propositum antea eius librorum ordinem. Verbi gratia quum ἀλυσμὸν habeamus cum alibi apud Hippocratem, tum circa principium τῆ προγνωστικῆ, et ab eo Erotianus vocabulorum expositionem ordiatur, ἀλυσμὸν primum huius Lexici vocabulum, quod exponitur ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν, non abs re contenderit quispiam esse id, quod in hoc προγνωστικῆ loco habetur, ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει: quum alioqui haec ipsa verba etiam in κωα-

καῖς

PRINCIPIUM A.

Ἄλυ-

καῖς προγνώσεσι legantur. Itidem et hic, quum vocem ἀραιὰ explicandam sumens, dicit, ἀραιὸν valere ἐνθάδε idem quod τὸ ἐκ διαχήματος καὶ μὴ ἐπιταχύνον, mihi non dubium est, quin ἐνθάδε (id est, hic) significet in hoc loco, qui exstat τῷ προῤῥητικῷ libro secundo, τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τετέρτοισιν ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει. Nam is quem sibi propositum fuerat librorum Hippocratis ordinem, postulabat, vt explicatis prognostici verbis, ad prorrheticum veniret. Locus autem in Hippocratis epidemiorum I, est hic, τετῷ τὸ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλυμένῳ ἀραιὸν, μέγα. Confirmant autem meam coniecturam, (si res minime dubia, coniectura vocanda est) haec quae subiunguntur ab ipso Erotiano verba, καὶ ἐνθάδε μὲν ἄλγημα σημαίνει, ἐκεῖ δὲ πνεῦμα. Hic enim σημαίνει, non vt vulgo, intelligendum puto: sed quum ἀραιὸν dicit σημαίνειν ἄλγημα et πνεῦμα, perinde esse reor ac si diceret, esse adiunctum ad declarandum quale sit ἄλγημα, item quale sit πνεῦμα. Conuenit autem Galeni expositio cum hac Erotiani, quod ad sensum attinet: vtpote qui ἀραιὸν πνεῦμα exponat τὸ διὰ πολλοῦ, vel διὰ πολλοῦ χρόνου: nam alicubi χρόνον addit. Sic enim in I. Comm. in prognostico, τὸ δ' ἀραιὸν πνεῦμα, τετέσι τὸ διὰ πόλλου, μετὰ μεγέθους μὲν παραφροσύνην σημαίνει, μετὰ δὲ σμικρ. etc. Idem in I. Comm. in prorrh. 1. ὀνομάζει δὲ τὸ διὰ πολλοῦ τῦτο πνεῦμα καὶ ἀραιὸν αὐτὸς, ὡς ἐπιδέδεικταί μοι κατὰ τὰ περὶ δυσπνοίας ὑπομνήματα. Idem in lib. I. epid. Com. III. περὶ πνεύματος loquens, πρόδηλον δ' ὅτι ταυτὸν ἐσιν ἀραιόντε φάναι καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου. Quin etiam alicubi idem πυκνὸν πνεῦμα opponit τῷ ἀραιῷ, manifeste repugnans iis, qui, (vt ait Erotianus) ἀραιὸν dici putauerunt πυκνόν. Sed cur (dixerit aliquis) si ἀραιὸν πνεῦμα significat τὸ διὰ χρόνου, alicubi comperitur post ἀραιὸν et μέγα addidisse διὰ χρόνου Hippocrates? videlicet hoc in loco epid. III. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πνεῦμα ἀραιὸν μέγα διὰ χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. Nimirum hic ἀραιὸν et διὰ χρόνου coniuncta pro διὰ πάνυ πολλοῦ χρόνου accipere oportet, vt docte annotauit Galenus. Sic autem post ἀτρεκέως Hippocra-

pocratem obseruaui addidisse alicubi κατ' ἀληθείην, quum alioqui nonnunquam ἀτρεκέως pro ἀληθῶς vsurpet. STEPH. Iuuabit de eodem argumento apponere verba Heringae in Obss. p. 3. seq. Fundamenti autem loco, inquit, pauca praemonenda sunt de Erotiani Lexico; licet enim hodie illud secundum seriem alphabeti dispositum videamus, certum tamen habeo, auctorem in eo conscribendo ordinem sequutum toto caelo diuersum: nec operam perditurus videor, si latius hoc dederim probatum. Plurima enim, quae hoc euincunt argumenta in promtu sunt. Ac primo quidem, si Erotianus ordine scripsisset alphabetico, non dubito quin eumdem morem tenuisset quem alii: primo scilicet posuisset voces ab AB. incipientes, dein ab AΓ, AΔ, et sic porro in quauis litera, quod etiam Galenus accurate obseruauit. In Erotiano autem nihil tale, omnia se mutuo sequuntur ὕστερον πρότερον: immo est vbi eadem vox bis refertur, vt v. g. Ἄλις, quod ridiculum fuisset, si ordinem literarum in Lexico suo sequutus esset Auctor. Dein multa in hoc Lexico loca alio id ordine prodiisse demonstrant. Sic v. g. in ἀτρεκέως ait: ὁμοίως κἀνταῦθα τῷ ἀληθεῖ ἀντιδιαστέλλων, et in Ἀραία: ἀλλ' ἐνθάδε μὲν — ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαστήματος, in Γαργαρέων: τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει, in Δικαιὸν: ἐνθάδε μὲν εὔλογον, et sic pluribus locis. Iam vero verba illa ἐνταῦθα, ἐνθάδε, νῦν, clare monstrant ordinem in hoc Lexico fuisse talem, vt lectoribus primo intuitu pateret, ad quosnam Hippocratis locos referendae essent Erotiani explicationes; quod de Lexico Erotianeo, quo hodie vtimur, minime dici potest: Saepe enim totus fere Hippocrates, etiam frustra, euoluendus est, vt desiderata loca reperiamus: vnde non eo habitu ab auctore profectum, pronum est concludere. Sed fortiora restant argumenta: audiamus igitur, (vt breuis sim,) ipsum *Erotianum*. Damnat hic in praefatione sua eorum institutum, qui vocabula *Hippocratis* secundum literarum ordinem exposuerant, *Epiclem* nominatim et *Glauciam*. Prior enim (quanquam locus *Erotiani* de eo obscurior et forte corruptus est,) breuitati studens non annotauerat loca vel libros *Hippocratis*, vnde Glossas suas desumserat, quod molestiam creabat lectori; quo etiam vitio *Galeni* exegesis laborat, quippe qui rariissime loca *Hippocratis*, quae respicit, Libro nominato signat. *Glaucias* autem quum vbique loca *Hippocratis* studiose annotasset, hinc nimia

nia mole ipsius liber laborabat. Subdit dein, quanam ipse vsurus sit methodo: διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τῆ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱσορῶνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνουσι. *quare nos per singulos libros deligentes infra descriptas voces, per Commentarium nostrum monstrabimus, quales sint et quibusnam in libris reperiantur minus vsitatae; per explicationem vero, quid significent, indicabimus.* Forsan tamen in his verbis pro ὁποῖαι legendum ὅπα. Haec enim clarissime, ni fallor, cuincunt, *Erotianum* ordinem literarum in Lexico suo condendo minime attendisse: sed ductum Librorum *Hippocratis* sequutum voces obscuriores annotasse et explicuisse eo ordine, quo in *Hippocrate* se inuicem sequebantur. Quotiescunque vero ad nouum perueniebat librum, eius titulum vocibus inde desumtis praefixisse videtur; quod docent illa, quae in fine praefationis ait: λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τῆ προγνωσικῆ: *incipiemus igitur a prognostico.* Ordo hic lectoribus erat vtilissimus, qui sic facillime *Hippocratem* et *Erotianum* inuicem contendere poterant. Sed deinde nescio quis maleferiatus Lexico huic violentas manus inferre, atque illud secundum literarum ordinem disponere ausus est, pulcherrimum procul dubio facinus hoc opinatus. Id tamen laudo in eo, quod non penitus in ordinem Alphabeticum redegerit, sed tantum excerpserit omnes voces ab A incipientes, ordine, quo eas in *Erotiani* Glossario reperiebat: tum eodem modo eas, quae a B, Γ, etc. incipiunt: hinc enim illud lucramur commodi; vt quamuis perdito quoad totum, auctoris ordine, in singulis tamen literis eum adhuc superstitem habeamus, et hinc voces ex eodem libro excerptae se mutuo sequantur, quod saepe summi vsus est, vt dein latius monstrabo. Nec est, quod miretur quispiam, tantum sibi in Veterum scriptis interpolandis indulsisse homines male sedulos: nec enim in solum grassati sunt *Erotianum.* Idem expertum est Glossarium *Herodoteum*, quo de ante dixi; nec enim, prout editur, ordine Alphabetico scriptum erat, sed ad ductum ipsius *Herodoti:* immo superest adhuc dum Codex in Gallia, vnde verus illius ordo in integrum restitui potest. Vide *Montfaucon:* Biblioth. *Coisl.* p. 484. Nec non Glossarium *Oppiani*, quod secundum

[1] Ἄλυσμὸν) [b] ἀπορίαν, ἀμηχανίαν· ὡς καὶ [c] Ὅμηρος ἐν τῷ ἑ τῆς Ἰλιάδος, ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης τετρωμένης φησίν, [2] Ὣς ἔφαθ'· ἡ δ' [3] ἀλύσθ' ἀπεβήσατο. Ἀντὶ

[1] ἀλισμὸν *MS. D. quod* ſalituram, muriam *notat.*

dum Alphabeti ſeriem ediderat *Rutgerſius;* ſed et huic verum ordinem e MS. Libro reſtituit Cl. *Doruillius* Miſcell. Obſeru. Vol. IX, p. 100. et ſqq. *Ammonii* etiam ac *Thomae Magiſtri* opera olim aliter ac nunc diſpoſita fuiſſe ſtatuunt Viri eruditi, validis ſatis rationibus ſubnixi. Vtinam cui adeo felici eſſe contingat, vt incidat in *Erotiani* exemplar natiuum adhuc ſeruans ordinem! Sic multa procul dubio reſtituere et illuſtrare poſſemus loca, quae iam tanquam totidem folia Sibyllae ſunt: at verendum quam maxime, ne inania ſint haec vota, et omnes noſtri Codices promanarint ex illius Apographo, qui *Erotianum* tam miſere diſcerpſit. Iis igitur, quae ſuppetunt, adiumentis pro virili et *Hippocrati* et *Erotiano* prodeſſe conabor, atque indicare loca nonnulla, quae *Foeſii* diligentiam effugere: ac primo, vt ea, quae hactenus dixi, vlterius illuſtrem, ſubiungam Gloſſas e prognoſtico, vnde initium fecerat *Erotianus*, eo ordine, quo apud *Hippocratem* occurrunt, et quem *Erotianus* etiam in genuino opere tenuerat: ſingulis autem praepoſui paginas et lineas Editionis *Foeſii*, qua in citando ſemper vtar.

P. 36. 3. Λέγων.
8. Τολμᾷν.
37. 3. Ξυντεκμαίρεσθαι.
ib. Ἐπανέρεσθαι.
5. Λιμῶδές τι ἔχε αὐτόν.
21. Ὑποφάσιας.
29. Κάμπυλον.
41. Προπετής.
46. Ἀλυσμόν.
38. 7. Πνεῦμα.
19. Ἀπέδειξαν.
20. Εὐπετέστερον.
54. Ἄλλη κοιλίη.
39. 24. Λαπάσσεσθαι.
55. Νείαιρα γαστήρ.
40. 1. Τρύζειν.
12. Λαπαρήν.
21. Φύσαν.
41. Νεφέλαι.
41. 31. Περιεχικόν.
43. 54. Εὐηθέστατοι.
44. 10. Ἀτρεκέως.
23. Κόσμε.
28. Ἀλλοφάσσοντες.
45. 24. Γαργαρεῶνες.
52. Πελάσῃ.
45. 55. Ὀρφνώδες.
46. 18. Μαρμαρυγαί.
18. Καρδιώσσειν.
48. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ.

Hanc vero nefarius ille huius Lexici interpolator ita in ordinem

Ἀλυσμὸν) Mentis anxietatem, conſilii indigentiam, vt Homerus in quinto Iliadis, quum loquitur de Venere vulnerata, ſic dixit: Illa vero ἀλύσσα diſceſſit, id eſt,

[2] ἔφατ' *MS. D.* [3] ἀπεβήτο *MS. D.*

k. Haec vox deprauata eſt, et nuſquam apud Hippocratem reperitur. Quam ego eam ob cauſam praeteriiſſem, niſi doctiſſimus ac ſollertiſſimus AUGUSTINUS GADALDINUS, Mutinenſis, animaduertiſſet, pro δεινὸν, οἶνον eſſe legendum; qui ſuo acerimo iudicio non modo hunc ocum reſtituit, verum etiam pleroſque alios, tum in Prooemio, tum in Onomaſtico. Galenus in Exegeſi αὐτίτην exponit vinum huius anni, vel anni praeſentis. Et in expoſitione dictionis περτύας inquit, quaſi περισύας anni praeteriti quiddam ſit, vt αὐτίτην eiuſdem anni vocat. Libro tertio de morb. p. 161. v. 40. de voluulo. Ceterum priore tempore mel optimum delingat, et οἶνον αὐτίτην vinum non dilutum bibat. Interpres Germanus, ſplendidum vernaculum vertit. Caluus vero clarum *augitimue* patriumque. Aduertendum quoque eſt in codicibus impreſſis, pro αὐτίτην mendoſe legi αὐγίτην, et in exemplari Erotiani ἀϋτίτην. Sic autem reſtituendum eſſe hunc locum ex his, quae Suidas ſcribit, clare patet. Is enim Polyzeli verba ab Erotiano citata recitat, quae haec ſunt: Οἶνον αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον, ὡς καὶ Πολύζηλος ἐν Δημοτυν-

Δοχμὴ) obliqua.

Δεινὸν αὐτίτην) non dilutum. Sicut et Polyzelus in Demotyndareo dicit: Temere enim non dilutum omnibus et aduenis apponebatur.

Διαπτερώσιες) purgationes aurium. Vtimur enim pennis aliquando aures purgare volentes, quemadmodum et tibicines tibias.

Δειμώδεος) timendi, et Δεῖμα, timor. Attica dictio est.

[3] ἀμαθῶς γὰρ αὐτίτης *MS. St. et sic Chart.* [4] διακαθάρᾳ *vulgg.*

μοτυνδαρέῳ φησὶν, ἀμαθῶς γὰρ αὐτίτις πᾶσι τὲ ξεοξένοις ἐγένετο: hoc est: vinum non dilutum, sicut et Polyzelus in Demotyndareo (videlicet comoedia) dicit: Temere enim vinum non dilutum omnibus aduenis appositum erat. EVST. Pro δεινὸν non dubito quin legi debeat οἶνον, vt habemus apud Galenum αὐτίτην οἶνον expositum τὸν αὐτοστίτην, item τὸν ἐκ τῆ ἐνεξῶτος ἔτες. Nec video quid αὐτίτης diuidendo primam syllabam scribere necesse sit. Est praeterea deprauatus hic Polyzeli locus, sed qui corrigi sine melioris codicis auxilio nequeat. ST. Monstrum horrendum informe, vere δεινὸν: sed verissima est correctio Foesii οἶνον αὐτίτην legentis. Vide eius oec. voce αὐτίτης: atque idem iam obseruauerat Augustus. Gadaldinus docente Eustachio in annott. ad Erot. cuius vsum debeo cel. Valkenario. Hoc autem nouum et certissimum subministrat documentum, nostrum, non eo, quo iam circumfertur, ordine scripsisse; sub litera enim O hoc reposuisset, non sub Δ, nec quidquam manifestius, quam alios hoc patrasse, quum iam vox οἶνον in δεινὸν corrupta esset. Sequitur hinc vlterius in tractando Erotiano ordinem literarum minime attendendum: et vrgente necessitate etiam emendationes non violentas admitti debere. Iam videamus quantam saepe lucem praeferat haec obseruatio, ad inuenienda loca Hippocratis, quae Erotianus in Glossario suo respexit. HER.

l. Respicitur locus de rat. vict. in morb. acut. p. 79. 15. V. Foes. p. 155.

m. Sic vox δείματα de terriculamentis, quae virginibus per spectra incutiuntur, vsurpatur περὶ παρθενίων pag. 213. 8.

Δαῦκος) ἔνιοι τὴν δαφνὴν ἐνόμισαν, ἐκ ὀρθῶς. Ἔστι γὰρ βοτάνης εἶδος.

n [1] Διηπέτης ὁ γόνος) ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν [2] Φοινίκῃ, λέγων, Δμωσὶ δ' ἐμοῖσιν εἶπον ὡς ταυτηρίαις πυρίδες καὶ διηπέτη κτεῖναι.

o [3] Δελφύϊ) τῇ μητρᾷ.

p [4] Δέτιδα) τὴν λαμπάδα, περὶ τὸ δεσμεύεσθαι.

q Δρακόντιον) βοτάνης εἶδος. Οὕτω δὲ καλεῖται καὶ ὁ τοῦ ἄρεως καυλὸς, παρὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον ὁμοιότητα.

[5] Διαρκεῦντες) βοηθοῦντες.

ΑΡΧΗ

[1] διϊπέτης, *sic omnia exempl. apud Hippocratem teste Foesio.* [2] ῥοινίκῃ *MS. D.*

n. Quum Euripidis comoedia non extet, Erotiani verba prorsus deprauata, corrigere non potuimus. Apud Hippocratem non διηπέτης, sed διϊπέτης reperitur. Primo de morbis muliebr. p. 239. v. 31. Si vero ὁ γόνος ἀπορῥέῃ διϊπέτης, genitura defluat pura, mulier viro commisceri non amat: et si misceatur, non concipit. Germanus interpres vertit: Si vero genitura iugi cursu defluat. Calvus vero, continua serie defluat. EUST. Quibusdam dicitur διϊπέτης γόνος a supernis partibus, nempe a cerebro, suprema mentis arce tamquam a caelo aut Ioue decidua genitura.

o. In aliquibus exemplaribus Erotiani scribitur, δελφύϊ. Libro de sterilibus p. 294. v. 10. de muliere amplius non concipiente: Proinde et pus ex vteris expurgare oportet: et tuberculum ἐν τῇ δελφῇ vtero sedare, quo de cetero non impediat genituram compingi. Ruffus libro primo de corporis humani partium appellationibus, c. 31. Genitale autem mulieris membrum, graece μήτρα et ὑστέρα: Hippocrates autem et Δελφὴν et Γονὴν dicit. EUST. V. Foes. p. 147.

p. Galenus in Exegesi habet δαΐτιδες magnae lampades appellantur; per abusum autem aliquando significat alii caput, quod ex multis conflatum spicis, ita vt lampades colligatur. Sunt, qui velint, in aliquibus Galeni codicibus, paruae lampades, non magnae legi. Haec vox in alio sensu ab Erotiano et Galeno accipitur. EUST. Apud Galenum δαΐτιδες legitur, non δάτιδες, habetque apud eum con-

Δαῦκος) nonnulli laurum eſſe putauerunt, non recte; eſt enim herbae ſpecies.

Διηπέτης ὁ γόνος) pro pellucidum et purum, vt ait Euripides in Phoenice: Seruis meis dixi, vt apponerent panes frumentaceos, et διηπέτη puros.

Δελφύη) vuluae.

Δέτιδα) facem; παρὰ τὸ δεσμεύεσθαι, quod eſt, ligare.

Δράκοντιον) herbae ſpecies: ſicque et ari thyrſus appellatur, ex ſimilitudine, quam cum animali habet.

Διαρκεῦντες) ſuccurrentes.

[3] Δελφύη *Euſt. Iuntina et vulgg.* [4] Δατίδα *Gal. et Chart.* [5] διαρκῶντες *vulgg.*

conuenientem ſcripturae ſedem, ſequendo alphabeti ordinem: ponitur enim ante nomen δακτύλιος. Quod tamen eo magis eſt mirum, quod in etymo huius vocis cum Erotiano conſentiat. Heſychio quoque teſte δεταὶ dictae ſunt lampades, item pedicae, δράγματα item, παρὰ τὸ συνδεῖν. Ac certe dubitationem de ſcriptura tollere poteſt Homerus, apud quem legitur Iliad. λ. et ρ. Καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ ἐσσύμενος περ. Vbi Euſtath. quoque δεταὶς exponit δεσμὰς δᾳδῶν, τετέσι λαμπάδων. Qui fit ergo, vt apud Heſychium et alia ſcriptura inueniatur? in eius enim Lexico legitur non ſolum δαὶς, expoſitum πεύκη, item λαμπαὶς, ſed etiam δαιταὶ expoſitum λαμπάδες. Certe quid aliud reſponderi poſſit non video, niſi hoc vocabulum (vt alia quaedam) eſſe διτογραφέμενον. In cuius ſcripturam accuratius ideo inquiſiui, quod apud Hippocratem quoque per αι ſcriptum reperiatur, contra id quod protulimus etymum. Sed qui cum αι ſcribere volet, alio ſe tuebitur etymo: nam a δαίω ſe deriuare dicet. ST. Vide quoque Foeſ. p. 144.

q. Libro de internis affect. p. 190. p. 47. de arteria exvlcerata. Dato item et τῆ δρακοντίᾳ dracontii radices in vinum deraſas. Sed et tuſſis gratia δρακόντιον dracontium deraſum in melle delingendum dato. Libro de nat. muliebri p. 220. v. 26. de potionibus ad vteros. Caſtorium, adiantum, δρακόντιον, dracontium, peucedanum etc. Libro de ſterilibus p. 296. v. 31. Si vero voles etiam δρακόντιον dracontium derade, etc. EVST. Cf, Dioſcor. L. II. c. 196.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ε.

[a] Ἐπανέρεσθαι) ἐπερωτῆσαι.
[b] Εὐπετέστερον) ῥᾷστερον.
[c] Εὐηθέστατοι) οἱ μὴ κακοήθεις.

Εἰρύε-

a. Primo prognosticorum t. 8. p. 401. v. 40. Si quidem igitur in principio morbi facies talis fuerit, et nondum ex aliis coniecturam facere licuerit, ἐπανέρεσθαι interrogare oportet, num iam vigilauerit homo. Et t. 9. v. 45. At si vetustiore existente morbo, aut triduano, aut quatriduano, talis fuerit facies, de his ἐπανέρεσθαι interrogare oportet, de quibus etiam prius iussi. EUST. Foesius p. 221. plura laudat loca.

b. Libro de septim. partu p. 45. v. 17. Nam loci ipsius molles sunt, et transmotiones ipsis εὐπετέστεραι faciliores ac frequentiores fiunt, et propterea ad partum magis solubiles consistunt: et mulieres per hos vltimos dies ex toto quadragenario εὐπετέστερον facilius vteros ferunt. Libro de extractione foetus p. 53. v. 12. de foetu ope ferramenti extrahendo. Atque ipsi (sc. foetui) εὐπετεστέρη facilior exitus pateat. Primo de morb. p. 130. v. 49. Diffusa vero ac dispersa (scil. bilis) sub cutem εὐπετεστέρα ἔχειν τὲ τῷ ἔχοντι, καὶ τῷ ἰωμένῳ ἰῆσθαι, hoc est, facilius toleratu est habenti, et sananti curare. Et p. 136. v. 7. At vero in his, et similibus morbis multum refert, quantum ad τὸ εὐπετεστέρως τε ἀπαλλάσσειν καὶ δυσπετεστέρως, id est, facilem ac difficilem curationem, vir sit an mulier, qui morbum habet. Secundo de morb. p. 146. v. 21. de angina: Et frigidam aquam bibat, quo saliua εὐπετέστερον facilius excreetur. Primo de morb. mul. p. 250. v. 30. Et si quidem post pharmaci potionem fluxiones pauciores fiunt, ac εὐπέτεστερα faciliores intermissione facta rursus eodem modo medicari oportet. Et libr. secundo p. 267. v. 3. Haec vbi feceris, sanae quidem penitus non fiunt, εὐπετέστερον facilius autem degunt. Libro de iudicationibus p 385. v. 4. de sudoribus iudicantibus: Boni quoque sunt, qui per totum corpus fientes, morbum εὐπετεστέρως facilius ferre faciunt. Secundo prognost. t. 43. p. 404. v. 41. Sputum vero in omnibus doloribus, qui circa pulmonem et costas fiunt, cito ac εὐπετέως facile exspui conuenit. Et. t. 56. p. 405. v. 11. Sunt autem bona haec: εὐπετέως facile,

PRINCIPIVM E.

Ἐπανέρεσθαι) interrogare.
Εὐπετέστερον) facilius.
Εὐηθέστατοι) non maligni.

Εἰρύε-

facile ferre morbum, bene ſpirare, a dolore liberatum eſſe. Et libro tertio t. 8. p. 407. v. 7. Qui porro morbi in breuiſſimo tempore iudicabuntur, εὐπετέστερα faciliores cognitu ſunt. In cuius com. Galenus dixit: Dictum eſt autem εὐπετέως propenſe, ſignificare promte et facile: quod vero hoc loco ait εὐπετέστερα propenſius, ſignificat faciliora, et ad cognoſcendum promtiora. Secundo prorrh. p. 417. v. 13. de his, qui a ſacro morbo corripiuntur. At quibus ex capite initium capere videtur, aut a latere, aut a manu, aut pede εὐπέτεστερα facilius curatur. Et p. 414. v. 22. de his, qui exercentur. Neque enim in morbis εὐπετὲς facile eſt peccata cognoſcere, etiam ſi decumbant homines. Et p. 416. v. 6. de aqua inter cutem. Bonis viſceribus praeditum eſſe oportet, ita vt natura ſe exferat, ſimulque εὐπετέως facile concoquat. Et v. 14. Laborem vero ferre oportet εὐπετῶς facile, et laſſitudinis exſortem eſſe. In coacis praenot. p. 435. v. 21. Sputum in omnibus pleuriticis et peripneumonicis εὐπετέως facile ac cito exipui conuenit. Et v. 35. Bonum vero eſt, et in his, et in omnibus circa pulmonem morbis etc. ſputum εὐπετέως facile educere, bene ſpirare, et bene ſiti eſſe. KUST. Cum εὐπετέστερον, ῥᾴστερον, recte iunctum fuiſſet quod habetur ſequente pagina, εὐπετέην, εὐχέρειαν. At Galenus εὐπετέως non ſolum ῥᾳδίως, ſed etiam ἑτοίμως exponit. ST. Cf. Foeſ. p. 251. Heringa refert ad progn. p. 38. 20.

c. Secundo de rat. vict. morb. acut. t. 40. p. 372. v. 42. Etenim hoc modo mortem plurimis manifeſte affert, ſi non omnino εὐήθὴς facilis vel benignus ſit morbus. Quem locum exponens Galenus ait: Exteros morbos εὐήθεις benignos dixit, non eos, qui maligni ſunt: ſed qui facile ad bonum vergunt: ſcimus enim pleroſque veteres hoc nomine vſos eſſe: id quod etiam Hippocrates fecit. Et t. 51. p. 373. v. 37. Nam ſi quis vlcus, neque admodum inſigne, neque admodum εὐηθὲς vile in tibia acceperit, ſic vertit Vidius. Germanus vero interpres, contemnendo. Galen. in com. inquit: Εὐήθες vile autem, quod ſimplex

[d] [1] Εἰρύεται) ἕλκεται. Ὡς καὶ Ὅμηρος, νεκρὸν γ' αὖ ἐρύοντα.

Ἔγχλοι-

[1] *Εἰρύατα legit Chart. ap. Hipp. quam lectionem tanquam vitiatam iam reprobauit Foes.*

plex est, et paruum, vel propter loci naturam, quae abiecta est, vel propter paruam sectionem appellatur. Tertio progn. t. 2. p. 406. v. 43. Etenim εὐηθέστατοι mitissimae, seu simplicissimae febres, et signis securissimis nitentes, quarto die desinunt, aut prius. In cuius expositione Galenus inquit: Dicuntur autem εὐήθεις, simplices homines, etiam malefici, simulatione quadam, vt etiam simia formosa. Dicuntur etiam ii, qui bonis praediti sunt moribus: sed prima significatio frequens apud Graecos est, secundae rarior est vsus. Neque solum ita nuncupant εὐήθη simplicem hominem, sed εὐήθειαν simplicitatem pro animi illa affectione vsurpant, quae bonis sit moribus confirmata. In quo sensu Dinarchum, Demosthenem et Platonem in tertio de republica, et in Euthydemo dicit hanc vocem vsurpasse. Et paulo post addit Graecos nomine εὐήθες simplicis, et εὐηθείας simplicitatis in duabus significationibus vti consueuisse. Ac nunc Hippocrates in altera earum significatione dixit εὐηθεστάτας febres, pro eo quod est, mitissimas, ac simplicissimas, et nihil maligni habentes. Primo prorrh. com. 3. t. 6. p. 411. v. 12. An et his bile carentes proluuies εὐηθέστεραι mitiores, meliorisque moris existant? In cuius com. Galenus inquit: Εὐηθέστεραι autem significat quidem et κακοηθέστεραι, id est, maligniores; et saepius in hoc significatu plerique veterum vsi videntur: verum et εὔτροποι significat, hoc est mitiores, et vt vertantur promptiores; vsi siquidem sunt et hoc significatu quidam ex antiquis, iuxta quod et nunc dictum esse videtur. Tertio de fract. t. 51. p. 469. v. 48. Ceterum luxationes, et emotiones ossium circa genua, multo εὐηθέστερα mitiores sunt emotionibus ac luxationibus circa cubiti flexuram. In quo loco Galenus scribit: Mitiorem vero casum εὐηθέστερον appellauit, iuxta propriam significationem verbi εὐήθης, quo significatur bonos habens mores. Nam si stolidus graece vocatur εὐήθης, similiter dicitur atque γλυκεία et καλλεία, hoc est, sus vbi Diis immolatur atque simia. EUST. Hippocr. in prognostico, οἵτε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρε-

τῶν,

Εἱρύεται) trahitur, vt eſt apud Homerum: Mortuum quidem denuo *εἱρύοντα*, id eſt, trahentem.

I 5 Ἔγχλοι-

τῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. Οἱ δὲ κακοηθέστατοι, καὶ ἐπὶ etc. Vbi notandum eſt *εὐηθεστάτας* opponi *κακοηθεστάτοις*. Galenus explicat *τὰς ἐπιεικεστάτας*, item *τὰς μηδὲν ἔχοντας κακόηθες*. Idem tamen teſtatur multos ex veteribus *εὐηθέστερον* pro *κακοηθέστερον* dixiſſe. Sed in hoc Hippocratis loco, qui eſt in prorrh. L. II. *ἆρά γε εἰσὶν αἱ ἄχολοι περιπλύσεις εὐηθέστεραι*, vult *εὐηθέστεραι* ſignificare *εὔτροποι*. Itidem vero *εὐήθη νόσον* ab Hippocrate dictam tradit non *τὴν κακοήθη*, ſed *τὴν εὔτρεπτον*, hoc in loco, qui eſt in libro de diaeta acut. morb. *ἔτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείοισιν, εἰ μὴ πάμπασιν τις ἢ νοῦσος εὐήθης εἴη*. ST. Cf. Foeſ. p. 248.

d. Inuenio apud Hippocratem *εἱρύεται* et *εἰρύαται*; Secundo de morb. mul. p. 270. v. 38. de vtero ad latera prolapſo. Et videtur ipſi *περιπνευμόνια* eſſe, et *εἱρύεται* contrahitur, et gibboſa fit. Et p. 271. v. 5. Et crura *εἱρύαται* contrahuntur, et p. 281. v. 16. de vtero praeter naturam hiante. Et fieri non poteſt, vt genituram *εἱρύαθαι* attrahat. Et p. 282. v. 22. de inflammatione vteri. Et ſtomachus et venter non omnino *εἱρύαται* continent cibum. Sexto de morb. vulg. com. 3. t. 3. p. 345. v. 25. Detractionis ſignum eandem diei horam ſeruare, derepente enim *εἱρύεται* trahitur. Galenus in eo loco monet, verbum *εἱρύεσθαι* ſine dubio, trahi, ſignificare, quoſdam tamen pro *εἱρύεται* trahitur, ſcribere *ἐρείπεται* cadit, rei explicationem ex hac voce ſperantes clariorem fore: verumtamen vetus lectio verbum *εἱρύεται* habet. Primo prorrh. com. 2. t. 10. p. 410. v. 2. Vox acuta, his praecordia intro *εἱρύαται* trahuntur. Vbi Galenus inquit: quod pleriſque, qui in morbis vocem mittant acutam, ad internam ſedem trahantur hypochondria: nempe id verbum *εἱρύαται* ſignificat. In coac. praen. p. 425. v. 39. Vox acuta malum: praecordia his intro *εἱρύαται* trahuntur. EUST. Apud Hippocratem legitur *εἱρύαται*, *περὶ γυναικείων* L. II. *καὶ τὰ σκέλεα εἱρύαται*. Item prorrh. L. II. (ſi modo eius autor eſt Hippocrates) *ὑποχόνδρια τετόισιν ἔσω εἱρύαται*. Nam et Galenus hanc lectionem agnoſcit, exponens *ἕλκεται*. Dicitur autem *εἱρύαται* eadem forma

e [1] Ἐγχλοιώμεναι) Βακχεῖος ἐν δευτέρῳ, ἔνωχρα [2] ἔτως [3] ἐνόησεν. Πεποίηται γὰρ ἀπὸ τῆς χλόης, ἥτις ἐστὶ περιαγωγὴ φυτώδης.

f Ἔρεψις) πτῶσις. Καὶ Ἐρείπειν, τὸ καταπεσεῖν. Οὕτω κεῖται καὶ τὸ [4] Ἐξείριπεν.

Εἶρος

[1] ἐγχλοιώμενα *MS. D. et Euſt.* ἐκχλοιώμενα *Chart.* [2] ἔτω *MS. D.* [3] νοῆσαι *MS. D.*

forma qua alibi ἐξαρύαται. ST. Foeſ. p. 184. plura loca laudat et lectionem εἰρύαται vitiatam cenſet.

e. Reperio apud Hippocratem ἐκχλοῶντα, et ἐκχλοιῶντα, non ἐκχλοιώμενα. Secundo de morb. vulg. ſect. 2. p. 313. v. 15. Dicendum etiam, quod in ſanguinis profluuio ἐκχλοῶντα ex pallido vireſcunt. Cuius loci lectio admodum varia eſt. Caluus, vt coniicio, ἐκχλοιῶντα legiſſe videtur, et quidem recte, vt idem ſit ἐκχλοιῶσθαι, quod χλωραίνεσθαι, quae verba virentem ex pallido colorem ſignificant: χλοιῶντα enim vireſcunt interpretatur Galenus in Exegeſi. Germanus interpres pro ἐκχλοῶντα legit ἐκχλιαίνοντα; vel ἐκχολῶντα, quod bileſcere ſignificat. Vſurpat autem Hippocrates τὸ ἐκχλοιῶντα plurimis in locis. In coac. praedict. p. 439. v. 15. de morbo regio affectis. Fortaſſis autem et ſuppreſſio fit, hi ἐκχλοιῶντα viridanti pallore inficiuntur. Et p. 444. v. 12. de notis morbi regii. Num his ſuppreſſis, hi ἐκχλοιῶντα cum virore pallidi fiunt. Et v. 45. Ad hoc vbi quis ἐκχλοιῶσθαι cum virore palleſcit, bene ſpirare noxium non eſt. Vtrobique autem, vt vides, ἐκχλοιῶσθαι valet χλωραίνεσθαι cum virore palleſcit. Quidam codices ἐκχλαῶντα a verbo χλοάω habeat, quod flaueſcere et liuere ſignificat. Alii etiam ἐκχολῶντα, quod eſt, bileſcere. Quae omnia ab aliis ante me fuerunt animaduerſa. EUST. Apud Hippocratem ἐκχλοιῶντα reperio in coac. progn. cum alibi, tum circa finem. Reperitur vero et ἐκχλοῶντα ſine ι apud eumdem epidem. L. II. Quare an apud Erotianum, an potius apud Hippocratem peccauerint librarii, dubitari poteſt. Certe hoc in loco ἔνωχρα ἔτως ἐνόησεν, quin perperam a librario ſcriptum fuerit ἔτως mihi minime dubium eſt. ST. Quid hic tentauerit Foeſius, videas ex ipſius oeconomia in ἐκχλοιῶσθαι. Euſtachius ἐγχλοιωμένα legit, quod melius, quia genere cum ἔνωχρα conuenit: ſed corrigendum ἐκχλοιώμενα: frequens Hip-

Ἐγχλοιώμενα) Bacchius in ſecundo libro, pallida intellexit. Factum eſt autem ἀπὸ τῆς χλόης, id eſt, gramine, quae eſt περιαγωγὴ φυτώδης, id eſt, circumductio plantoſa.

Ἔρεψις) caſus, et ἐρείπειν, decidere. Idemque ſignificat et τὸ ἐξήρειπεν, cecidit.

Εἴρες

* ἐξέρειπεν *MS. D. hinc Chart. dicit: lege potius* ἐξέριπεν *vel* ἐξέρειπεν. ἐξήρειπεν *Euſt. et Iunt.*

Hippocrati τὸ ἐκχλοιῶσθαι. v. Foeſ. l. c. Locum vero, quorſum haec Gloſſa pertinet, in mendo cubare puto, exſtare nempe praed. L. I. p. 78. H. Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορῤῥαγέοντα, διψώδεα, δύσκολα, ἐκλυόμενα, μὴ αἱμορῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ. Nullus dubito, quin pro ἐκλυόμενα, legendum ſit ἐκχλοιῶμενα: et hoc loco praeſenti melius conuenit: ſolent enim illi, qui ſaepius haemorrhagiis tentantur, pallidi fere euadere. In coac. p. 172. F. vbi praeceptum hoc repetitur, non leguntur voces δύσκολα, ἐκχλοιῶμενα. Firmat autem coniecturam noſtram, quod praecedens vox εἰρύεται deſumta ſit ex eodem libro p. 71. A. HER.

f. Apud Hippocratem invenio ἔῤῥεψις. Primo de humoribus t. 24. p. 115. v. 1. Τὴν ἔῤῥεψιν, deiectionem, ſiccitatem. In cuius com. Galen. dicit: Veteres ac recentiores Hippocratis interpretes reprehenſione dignos eſſe. Glaucias, Heraclides Tarantinus, et Zeuxis dixerunt ἔῤῥεψιν eſſe perturbationem quamdam, quum aeger conſiſtere vno in loco non poteſt, ſed modo huc, modo illuc ſe iactat. Ruffus Epheſius et Sabinus dixerunt, eſſe mortiferum quoddam ſymptoma, quod ſolet euenire, quum quiſpiam inibi eſt, vt ſe moriturum opinetur. Artemidorus Capito, et Numeſianus abſurdum quid dixerunt, et indignum, cuius nunc fuit mentio. Lycus peſſime omnium hunc locum explanauit. Neque Aſclepiades, neque Diocles Caryſtius hanc vocem recte intellexerunt: neque enim eſſe corporis ſymptoma, quod ad vires pertineat, ſed mentis, quod ad animum referatur, putauerunt. Scito igitur nunc ἔῤῥεψιν deiectionem appellari, quum quis modo hominis viuentis decumbere non poteſt, ſed tanquam mortuum inanitumque corpus deorſum fertur. Quum enim quis iacens ad pedes ſublabitur, ſignum eſt virium ad extremam

g Εἶρος) Οἱ μὲν σχηματισμὸν τῆς περὶ τὸν σπλῆνα σκιῤῥώδους ὀγκώσεως εἶναι φασίν. Οἱ δὲ τὴν περὶ ὅλον τὸ σῶμα κάκωσιν. Οὐ καλῶς ἀμφότεροι. Ἔστι γὰρ ὁ εἶρος, πυρετῶ εἶδος.

Ἕρπει) [x] ἠρέμα βαδίζει. Καὶ ἕρπετὰ, τὰ εἰς τὴν ἔραν βαδίζοντα, ἤγουν τὴν γῆν.

h Ἕλκεα περιμάδαρα) τὰ ἀνώμαλα καὶ [z] ἄτυφα.

i Ἔπαφρα) τὰ διάλευκα καὶ οἷον ἀφρώδη.

Ἔκρυη

[x] ἠρέμα vulgg.

tremam imbecillitatem perductarum, non posse autem stare aut sedere, vel exsurgere, est certe minus graue, sed deiectum esse modo inaniti corporis, quum robur vniuersum est omni ex parte exsolutum et perditum, id corpus dicitur ab Hippocrate ἐῤῥῖφθαι deiectum esse et profligatum: ipseque affectus ἔῤῥιψις virium deiectio nominatur. Hoc idem repetit Galenus in libro de palpitat. c. 4. EUST. Videtur legendum potius ἐξέριπεν vel ἐξέρειπεν. ST. Foes. prouocat p. 242. ad aph. 19. sect. 1. L. VI. epidem.

g. Suspectus hic locus Foesio p. 184. videtur, quoniam nusquam apud Hippocratem εἶρος reperiatur.

h. Tertio de humoribus t. 13. p. 116. v. 45. de austro. Quum hic praeualuerit, talia in morbis patiuntur, ἕλκεα μαδαρὰ vlcera glabra. Sic vertit Germanus interpres. Caluus putrida, fluidaque; alii vero madida. Sexto de morbis vulgaribus com. 7. t. 23. p. 350. v. 9. Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα, vlcera circumglabra maligna sunt. Sic vertunt Hippocratis et Galeni interpretes. Caluus vero, circa loca humida vlcera tetra sunt. Quam sententiam repetit sexto aphorism. t. 4. p. 398. v. 8. Sed male in impressis codicibus legitur περιμάδηρα. Hunc aphorismum interpretes vertunt, vt supra: sed Caluus hoc pacto: Quum loca, quae vulnus vlcusue circumstant, pilos squamulasue porriciunt, vulnera ea vlceraue tetra pessimaue cacoethea sunt. EUST. Apud Hippocr. epid. VI. legitur τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα, at in aphorismis, vbi eadem habetur sententia, scriptum est περιμάδηρα. Sed reponendum περιμάδαρα cum ex Erotiano, tum ex illo altero, qui est in epidemiis loco, crediderim. ST. Foes. p. 200. explicat

vlcera

Εἶρος) nonnulli formam duri tumoris circa lienem esse aiunt: nonnulli vero circa totum corpus affectionem: vtrique non recte. Est enim ὁ εἶρος febris species.

Ἕρπει) sensim incedit, et ἕρπετα, τὰ εἰς τὴν ἔραν, id est, in terram incedentia.

Ἕλκεα περιμάδαρα) idem quod ἀνώμαλα καὶ ἄτροφα, hoc est inaequalia, et quae non aluntur.

Ἔπαφρα) subalbida, et velut spumosa.

Ἔχρων

[2] *ἄτροφα MS. St. consentit Eust. et Chart. apud Hipp. est αὔτυφα, per se tumida aut elata, aut intensa.*

vlcera circumquaque glabra et depilia.

i. Primo de morb. vulg. com. 3. t. 19. p. 307. v. 47. de Sileno: Ab aluo prima die, bilioſa, mera, ἔπαφρα spumosa, abunde colorata, multa prodierunt. Et v. 49. secunda die febris acuta, secessus plures, tenuiores ἔπαφρα spumosi. Et libro tertio com. 1. t. 18. p. 319. v. 33. de eo, qui in Dealcis horto decumbebat: Tertia die febris acuta, secessus nigri, tenues, ἔπαφρα spumosi. Et t. 20. v. 38. Quinta secessus plures, nigri, ἔπαφρα spumosi. Et t. 21. v. 39. Sexta die secessus nigri, pingues, ἔπαφρα spumosi. Et libro quarto p. 332. v. 28. de Hyle famula Aristidis, de excretione per sedem: Et neque ἔπαφρα spumosa, neque subsanguinolenta. Primo prorrh. com. 2. t. 60. p. 411. v. 3. Sed et aluus ἔπαφρα spumosa, bilioſa insuper egerit. Et com. 3. t. 1. p. 411. v. 4. Quibus sopor fit, ἐπάφρων (non ἐπᾶφρων, vt in impressis codicibus perperam legitur) spumosis prodeuntibus, his febris exacerbatur acuta. In cuius expositione Galenus inquit: Vocaui autem spumosam deiectionem, quomodo fecit Hippocrates in praesagiis (nimirum com. 2. t. 20. p. 404. v. 4.) inquiens: Deiectio autem, si valde aquosa fuerit, vel alba vel pallida, vel admodum rubens, vel ἀφρώδεις spumosa, mala haec sunt omnia, atque in epidemiis saepiuscule. Quidam interpres libri huius dicebat Hippocratem vocare ἔπαφρα, quae spumam sursum vectam habent, tanquam fluxilibus quibusdam existentibus, vel deiectionibus, vel vrinis, vel succis, in quibus spuma poni alio ordine apparet. EVST. Erotianus dicit ἔπαφρα esse τὰ οἷον ἀφρώδη, at Galenus plane vult ἔπαφρα διαχωρήματα vocari ea, quae sint ἀφρώδη, vbi exponit hunc locum,

k 3 Ἔκρεεν) τὸ πονηρὸν, ἢ τὴν [1] ἔκκρισιν.

Ἐνυδρέοντα) καθυγραίνοντα.

l 2 3 Ἔκχυμα) τὰ ἐκζέματα, ὥς φησι Βακχεῖος. Καὶ Ἐκχύσεις, αἱ [3] ἐξανθήσεις.

m 4 Ἐπαναιώρημα) ἐπινέφελον τὸ ἐφισάμενον τοῖς ἕρεσι καὶ τοῖς διαχωρήμασι, καὶ οἷον ἐπικρεμάμενον, ποικίλῳ χρώματι [5] κεχρημένον. [6] Νεφέλας γὰρ ἰδίως καλεῖ τὰς τοιαύτας ἐφισάσεις.

n Ἐλάπαξεν) ἐμάλαξεν.

o Ἐξέρυθρον) οἱ μὲν ἐξεδέξαντο τὸ λίαν ἐρυθρὸν, οἱ

[1] ἔκρισιν ἐνυδρέονται *vulgg. vltima vox a ſeq. diuulſa hic irrepſit vulgg. addunt* ἐνυδρεύονται, καθυγραίνονται, *et ſic Euſt.* [2] *Euſt. Iunta et vulgg.* ἐκχύματα, *rectius* ἐκχυμώματα *Chart. Erotiani tota lectio ſuſpecta videtur Foeſio.*

cum, qui eſt initio libri prorrh. 3. (ſecundum eam, quae apud illum habetur diuiſionem) οἷς κῶμα γίνεται ἐπάφρων περιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξύς. Ita enim legi debet, non autem ἐπ' ἄφρων duobus verbis, vt apud eum legitur. Sic et libro prorrh. II. ἔπαφρα χολώδεα. Meminit autem Galenus cuiuſdam enarratoris, qui ἔπαφρα putauerit appellari τὰ τὸν ἀφρὸν ἄνωθεν ἐποχεμένον ἔχοντα. ST. Cf. Foeſ. p. 223.

k. Libello de morb. virg. p. 213. v. 16. Tunc ſanguis non habens ἔκρεεν effluxum, prae multitudine reſilit ad cor. Secundo de morb. vulg. ſect. 1. p. 412. v. 4. de optimis abſceſſibus. Et qui per ἔκρων effluxionem fiunt. Alii vertunt: qui per emiſſaria quaedam effluunt: aut per emiſſionem fiunt. Et p. 412. v. 11. Abſceſſus aut per venas, aut per aluum, aut per neruos, aut per cutem, aut iuxta oſſa, aut ſecundum ſpinalem medullam, aut ſecundum alias ἐκροὰς effluxiones, aut emiſſaria, os, pudendum. EUST.

l. Non reperio hanc vocem apud Hippocratem, ſed quaſdam ſimiles. Primo de hùmor. t. 15. p. 114. v. 35. Μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα. Ne humores effuſi intro reuellantur, perperam, vt arbitror, hoc in loco ἐκκεχυμωμένα pro ἐκχυμωμένα ſcribitur. Galen. in com. ait: Ipſe enim vocare ἐκχυμώμενα, ἐκχυμώσεις, ἐκχυμώματα, id eſt, effuſa, effuſiones, et effuſos humores, ſolet eas excretiones, et euacuationes, quae ex vaſculis fiunt: quae quidem fieri ſolent, quum venae, quae in cute ſunt, contun-

Ἔκρηγν) prauum, vel effluxionem.

Ἐνυδρέονται) madefiunt.

Ἐκχύματα) feruidae eruptiones, vt inquit Bacchius, et ἐκχύσεις, papulae.

Ἐπαναιώρημα) nebulosum supernatans in vrina, et excrementis, et velut suspensum, vario colore praeditum. Appellat enim proprie eiusmodi supernatationes, nebulas.

Ἐλάπαξεν) emolliuit.

Ἐξέρυθροι) nonnulli interpretantur valde rubrum, non-

[3] ἐξανθήσης *MS. D.* [4] ἐναιώρημα *Foes.* [5] κεχρωτμένον, *melius Foes.* [6] *Haec verba vsque ad finem desunt in vulgg.*

tunduntur, ac sanguis per ipsas contusas effunditur: is tamen non vno loco ita effusus, statim in grumos coit, sed postquam effusio per-fultationem efficitur. Tertio de officina medici t. 30. p. 504. v. 46. Quaecunque vero ἐκχυμώματα effuso sanguine sugillationes, aut contusiones, aut vulsiones, aut tumores. In cuius com. Galenus ait: Verum vbi contusa caro ad regionem, quae sub cute est, sanguinem transmittit, haec sanguinis suffusio dicitur ἐκχύμωμα, sub qua cutis inuiolata seruatur. Scindi autem tenues venas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. EUST. Vide num legendum sit ἐκχυμώματα pro ἔκχυμα, et ἐκχυμώσεις? ST.

m. Hanc vocem apud Hippocratem non reperio, sed saepissime ἐναιώρημα, ac praesertim in libris de morb. vulg. Secundo progn. t. 29. p. 404. v. 22. Nubeculae, quae ἐναιωρευμέναι suspenduntur in vrinis. Sic habet codex Vaticanus. Galenus in com. t. 26. eiusdem libri habet, ἐναιώρημα suspensum, et ἐναιωρήματα suspensiones. EUST. Foes. p. 208. laudat quoque L. IV. epid. p. 339. 27.

n. Quarto de morb. vulg. p. 332. v. 13. de seruo in Hippolochi villa. Cui tenuia recrementa progressa, partem aliquam ἐλάπαξεν euacuauerunt. Sic vertit Germ. interpres. Caluus vero, mollescebant. EUST. Foes. p. 373. plura commemorat loca.

o. Sexto de morbis vulgaribus com. 1. t. 29. p. 343. v. 49. de febrium differentiis. Aliae ad manum humectae, aliae ἐξέρυθροι rubicundae valde. In cuius com. Galenus ait: Ἐξέρυθροι perrubrae febres,

οἱ δὲ τὸ ἔξω γινόμενον ἐρύθημα. Ἐξ ὧν καὶ Φιλωνίδης ὁ Σικελός.

p. 1 Ἔμυξεν) 2 ἐξέναξε. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι.

pp Ἐλατήρια) Κοινῶς τὰ τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντα φάρμακα.

Ἐπί-

1 ἔμυξε *ap. Hipp. ſed tuentur Steph. lectionem exempl. quaedam Regia.*

febres, hoc eſt, vehementer rubrae, vehementiſſimum calorem ſubeſſe indicant: materiam vero eſſe ſanguinem. Et com. 2. t. 18. p. 344. v. 18. Habent autem horum plurimi, et ἐξέρυθρα rubicundas, ſeu perrubras. Galenus eo in loco monet, ſubaudiendum eſſe facies perrubras habere. Et com. 6. t. 17. p. 348. v. 24. de ſanguinis fluxu ex naribus. Quibus vero colores ἐξέρυθροι rubri fuerint, iis non aeque confert, ſcilicet vinum. In coacis praenotionibus p. 428. v. 23. Quandoque vero et ἐξέρυθρα rubicundae in pedibus ambuſtiones eadem ſignificant. Et v. 33. Capitis ſucceſſiones, oculi ἐξέρυθρα rubicundi. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero: Subquatientia capitis lumina perrubra. Et p. 433. v. 32. de alui egeſtione. Mala autem ſunt et ἐξέρυθρα rubicunda valde et aeruginoſa. Et p. 439. v. 12. Qui circa articulos ἐξερύθροισιν rubicundas in ſuperficie puſtulas habent. Et p. 441. v. 44. Αἱ ἐξερυθρῶν valde rubicundorum nigrorum a veratro purgationes, malae ſunt. Et v. 46. A veratro vomere ἐρυθρὰ rubicunda ſpumoſa, pauca, prodeſt. Et p. 444. v. 18. Quibus et flammeis, vt ἐξερύθροις valde rubicundis, ſolutis, graveolens, larga, ὑπέρυθρον ſubrubra fit, hi, ne inſaniant, timor eſt. Et v. 19. In his ἐξέρυθρα valde rubicundae, inſtar purulentae carunculae, egeſtiones maxime prodeunt. Primo prorrh. com. 2. t. 40. p. 410. v. 28. de Dyſode: Huic etiam vrinae vehementer fermentatae, erant valde ἐξέρυθρα rubicundae. Galeni exemplar habet: Vrinae fermentatae erant violenter, et faciei rubor. Ipſe vero in com. inquit: Quum igitur fuerit talis difficultatis ſpirandi ſpecies, rubens iure optimo redditur facies. Si vero et capitis dolor ſimul fuerit, nihil miri, ſi valde rubens fuerit. EUST. Erotianus ex duabus vocis ἐξέρυθρον expoſitionibus, quas affert,

nonnulli vero, extra ruborem natum. In quorum numero fuit Philonides Siculus.

Ἔμυξεν) fuſpirauit. De hac voce ſcriptum reliquit Menander in Scuto.

Ἐλατήρια) communiter pharmaca inferioris ventris partes purgantia.

Ἐπέ-

[2] ἤσεναξε *Foeſ. forte ex operarum errore.*

affert, non dicit, vtram probet. At Galenus aperte ἐξερύθρας πυρετὰς ſe intelligere dicit σφοδρῶς ἐρυθράς. Hippocr. verba ſunt epid. VI. οἱ δὲ (ſubint. πυρετοὶ) πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεις, οἱ δὲ ἐξέρυθροι, οἱ δὲ ἐξωχροι, οἱ δὲ πελιοί. Vbi Galenus, οἱ δὲ ἐξέρυθροι, τουτέστιν οἱ σφοδρῶς ἐρυθροί, σφοδροτάτην μὲν ἐμφαίνασι θερμασίαν, τὴν δ' ὕλην, etc. Idem alibi ἐρύθρον κῆρον medium inter ἐξέρυθρον et ὑπέρυθρον eſſe tradit. Quin etiam alio quodam loco ἐξέρυθρα κῆρα non alia eſſe ſcribit, quam quae vulgo vocentur αἱματώδη. ST. Vide Foeſ. p. 217.

p. Legitur haec vox epid. V. p. 1143. A. HER. Vide Foeſ. p. 206. Locus huc pertinens eſt epid. L. V. p. 335. 20.

pp. Galenus in Exeg. dicit, non modo ex ſylueſtri cucumere factum eſſe, ſed quidquid per infernas partes purgat, ſic dici. Libro de locis in homine p. 69. v. 41. Φάρμακον δὲ πίσον ἑλατήριον. Medicamentum potandum praebe deorſum purgans, et inferne aluum lacte infuſo elue. Interpres Germanus elaterium inutiliter addidit. Libro de internis affect. p. 197. v. 37. de renum morbo. Huic, quum ſic habuerit, ἑλατήριον elaterium bibendum dato, aut thapſiae radicem, aut veratri, aut ſuccum ſcammoneae. Et p. 205. v. 44. de morbo regio. Deinde fomento adhibito, ἑλατήριον pharmacum deorſum purgans bibendum dato, pro qua voce Germanus interpres vertit, elaterium. Secundo de morb. mul. p. 270. v. 40. de prolapſo vtero: Quum ſic habuerint, φάρμακον χρὴ πίσαι κάτω ἑλατήριον pharmacum deorſum purgans bibere oportet. Et p. 276. v. 27. eadem verba repetit, abſque dictione, κάτω. Quinto de morbis vulgaribus p. 335. v. 25. de Eupolemi morbo Et pharmacum bibit ἑλατήριον aluum deorſum purgans. Et p. 337. v. 4. de Antimachi vxore. Huic datum eſt catapotium ἑλατήριον deorſum purgans, fortius, quam conueniebat. Et v. 14. de famula Oneſidemi. Huic debile

q Ἐπέδυεν) ἐπεδιέρρει καὶ διεπήδα.

r Ἐτιταίνετο) ἐνεπήγνυτο.

s [1] Ἐκθήλυσις) ἔκτηξις καὶ [2] ἰσχνότης. Νίκανδρος δὲ ἀντὶ τῆς ἐκμαλθάξεως αὐτὴν τέθεικεν.

t [3] Ἐπίθημα ἔχειν) ἀντὶ τοῦ, πῶμα ἔχειν. Ἰδίως γὰρ οἱ Ἀττικοὶ ἐπίθημα τὸ πῶμα καλοῦσι.

Ἐκλα-

[1] *scribitur et* ἐκθήλυνσις *et sic Eust. et vulgg.* [2] ἰσχνότητος *MS. D. sed margo* ἰσχνότης.

datum est pharmacum ἐλατήριον deorsum purgans in potu. Et p. 338. v. 46. de muliere, quae se ipsam iugulauit: Et datum est ipsi longe postea καταπότιον ἐλατήριον, catapotium deorsum purgans, et per secessum ipsi exiit. Et v. 48. de adolescente, qui ex Euboea venit: Deinde quum putaret se purgatione sursum versus opus habere, radicem debiliter ἐλατήριον purgantem bibit, pro qua voce interpres Germanus perperam vertit, radicem veratri, Calvus vero, elaterium. Et p. 339. v. 2. Quidam homo Euboeus πιὼν ἐλατήριον poto pharmaco deorsum purgante, per tres dies purgabatur, et mortuus est. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 4. p. 368. v. 12. Nam exceptis morbis acutis, plurima ab ipsis relata sunt pharmaca ἐλατήρια aluum deorsum purgantia exhibenda, et serum, et lac pro tempore. EUST. Vide epid. V. p. 1143. G. HER. Vide Foes. p. 197. et Casp. Hoffmanni varr. lectt. I. II. c. 2. 3. 4. 5. 6. p. 53-60.

q. Puto ἐπέδυεν ab Erotiano lectum epid. V. p. 1146. E. vbi editur καὶ ἐδόκει τὸ ὀστέον ἐκ ὑγιὲς εἶναι, καὶ ἐπήδα ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα. Lubens hic pro ἐπήδα rescripserim ἐπέδυεν. Forsan et hic in margine adscripserat quis ἐπήδα, vt Erotianus διεπήδα explicat, quod dein a librariis tanquam emendatio τὸ ἐπέδυεν receptum est. Malim tamen ἐπέδυ legere, vt fiat ab ἐπιδύω. HER.

r. Legitur epid. V. p. 1153. F. HER.

s. Sexto de morb. vulg. com. 1. t. 11. p. 343. v. 29. Crurum ἐπιθήλυνσις effeminationes. Et v. 31. de abscessu articulorum ex lassitudine: Ex quo crurum ἐκθηλύνσιες effeminationes. Quinto aphor. t. 16. p. 396. v. 14. Calida frequenter ea vtentibus, has noxas inducit, carnium ἐκθήλυνσιν effeminationem, neruorum impotentiam. In cuius com. Galenus inquit: Carnium ἐκθήλυνσιν effeminationem, hoc est, debilitatem dictam esse per translationem,

Ἐπέδυεν) diffluebat, et profiliebat.

Ἐτιταίνετο) concrefcit.

Ἐκθήλυνσις) liquefactio et extenuatio. Nicander vero pro mollitie eam pofuit.

Ἐπίθημα ἔχειν) id eft, operculum habere. Attici enim proprie ἐπίθημα operculum appellant.

[3] *ἐπίθεμα apud Hippocr. et Gal. in quibufdam exempll.*

tionem, quoniam femina eft debilior mafculo. Tertio de artic. t. 82. p. 490. v. 19. Vfus enim aliquis liberat ab ἐκθηλύνσιος effeminatione. Tertio de officina medici, t. 6. p. 504. v. 11. de fafciarum numero, et longitudine: Vt onere non laedant, vt inclinationis caufae non fint, neque ἐκθήλυνσιν effeminent. In quo loco Galenus monet: Vfurpare Hippocratem verbum effeminare, quod ἐκθηλύνειν dixit. ERST. Hic ἐκθήλυσις, at paulo poft (nimirum in quarto verfu paginae 154) legitur ἐκθήλυνσις, fed ex Hippocrate et Galeno lectionem hanc illi anteponere debemus. Sic enim Hippocrates in quodam aphorifmo, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκρατείαν, γνώμης νάρκωσιν; vbi Galenus ἐκθήλυνσιν exponit ἀτονίαν, additque ideo ἀτονίαν vocari ἐκθήλυνσιν, quod femina omnis fit mare imbecillior. At vero in hoc eiufdem Hippocratis loco, epid. L. VI. αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες οἷον ἢ πρὸ νόσα ὁδοιπορήσαντι, ἢ ἐκ νόσα αὐτίκα, διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀτέγη, δι' ὃ αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, idem Galenus ingenue fatetur fe non fatis affequi poffe, an ἐκθηλύνσεις appellare voluerit folas ἀσθενείας, an quibus ἀτροφία coniuncta effe foleat. Nam fi rationem habeamus prioris exempli, licere ἀσθενείας intelligere, quibus adiuncta fit ἀτροφία: fin vero pofterioris, nequaquam ἰσχνότητας debere intelligi, fed fimpliciter ἀσθενείας. Erotianum tamen videmus ἐκθήλυνσιν exponere ἕκτηξιν, item ἰσχνότητα et ἰσχνασίαν. ST. Hefych. interpretatur ἐκτεθηλυσμένοι, μαλακιαθέντες, κεκοπιακότες, ἢ ὡς θήλειαι γενόμενοι.

t. Sexto de morb. vulg. com. 4. t. 10. p. 346. v. 46. Aqua decocta, partim vt aerem admittat, partim vt vas non plenum fit, καὶ ἐπίθημα ἔχειν, et operculum habeat. Inuenio etiam ἐπιθέμα libro de nat. mul. p. 230. v. 3. de fomentis vterorum. Vafis autem ἐπιθέμα operculum perforato, et impofito arundi-

u ᾽Εκλαπήσεται) ἀντὶ τοῦ [1] ἐκγλυφήσεται καὶ ἐκγεννηθήσεται. Ὡς καὶ ᾽Αριστοφάνης ἐν [2] Γηρυτάδῃ φησὶ, Φήμας ἔν ἐγὼ βροτῶν ἅπαντας [3] ἐκλαπῆναι. v Απαξ εἰρηται καὶ παρ᾽ ἡμῶν ἐξήγηται [4] μόνων.

x ᾽Εναυλιζόμενον) ἐμμένον.

[5] Εὐπετίην) εὐχέρειαν.

[6] ᾽Εξαυαίνεται) ξηραίνεται.

y ᾽Εκπεπταμένα) [7] ἐξεσιγμένα καὶ ἐξηπλωμένα.

z [8] ᾽Εργματα) [9] σηρίγματα.

Εὐσα-

[1] ἐκγλυφήσεται *MS. D.* [2] Γυριτάδει *MS. D.* Γηρητάδει *Euſt. et Iunt.* [3] ἐκλαμπῆναι *vulgg.* [4] μόνον *MS. D.* [5] εὐπετείην *mauult Foeſ.* [6] ἐξαυένεται *MS. D.*

dine foueto. Arundinem vero cum ἐπιθέματι operculo tollito. Si enim ſine ἐπιθέματος operculo abſtuleris, exuretur. Secundo de morb. mul. p. 289. v. 9. Et olei roſacei heminam dimidiam in ollam mittere, cuius ἐπιθέμα operculum foramen habet. EUST. Foeſ. p. 227. laudat epid. L. VI. ſ. 4. aph. 8.

u. Ariſtophanes, inquit Erotianus, ἐν Γηρητάδει, quae comoedia quum non exſtet, hunc locum reſtituere non potuimus. EUST.

x. Secundo de nat. hum. t. 10. p. 24. v. 22. Nimirum purgatione accliui exiſtente, et multo tempore in pectore ἐναυλιζόμενον immorans putreſcit, et purulenta redditur. EUST. Hippocrates περὶ Φύσιος ἀνθρώπε videtur ἐναυλιζόμενον in ea ſignificatione protuliſſe, quae hic ab Erotiano ponitur, atque adeo inde eum ſumſiſſe hoc verbum exiſtimo: vbi ſcribit, καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πολὺν ἐν τῷ στήθει κατασήπεται, καὶ γίνεται πυοειδές. ST. Heſych. reddit διατρίβειν.

y. Libro de vet. medic. p. 11. v. 25. de figuris membrorum: Aliae ἐκπεπταμένα expaſſae, aliae ſolidae et rotundae. Et v. 29. Num cauae et ἐκπεπταμένα expaſſae, et v. 37. At vero cauae et ἐκπεπταμένα expaſſae figurae, influentem quidem humorem maxime omnium ſuſceperint, non autem ſimiliter attraxerint. Secundo de officina medici t. 25. p. 503. v. 39. Subligatio quidem in cauſa eſt, vt aut diſpariata vniantur, aut ἐκπεπταμένα expaſſa contrahantur, aut contracta diducantur. In cuius com. Galenus dicit: Ἐκπεπταμένα hiantia dicere Hippocratem, quae plurimum inter ſe recedunt, quod ſit duobus modis, vel vbi ipſa tota, vel vbi

orae

Ἐκλαπήσεται) pro exſculpetur, ac in lucem edetur, vt inquit Ariſtophanes ἐν Γηρυτάδει: Fama igitur ego hominum omnes ἐκλαπῆναι, exſculpi. Semel dictum eſt, et a nobis ſolum interpretatum.

Ἐναυλιζόμενον) immanens.

Εὐπετίην) facilitatem.

Ἐξαυαίνεται) exſiccatur.

Ἐκπεταμένα) idem quod ἐξεσιγμένα, expanſa et explicata.

Ἔργματα) firmamenta.

[7] ἐξηπλομένα *MS. D. Foeſ. reponendum cenſet vel* ἐξεπτυγμένα, *vel* ἀνεπτυγμένα, *vel* ἐκπεπληγμένα. [8] ἔρματα *Foeſ. et Chart.* ἐρμάσματα *Euſt. ex Hipp.* [9] ςηριάματα *MS. D.*

brae duntaxat inter ſe diſtant: de qua re etiam loquitur in comm. t. 32. Reperio praeterea apud Hippocratem in eadem ſignificatione ἐκτεταμένα, id eſt, extenta. Primo progn. t. 14. p. 402. v. 13. Secundo de fract. t. 61. p. 467. v. 27. Primo de art. t. 40. p. 475. v. 36. EUST. Pro ἐξεσιγμένα crediderim reponendum ἐξεπτυγμένα. Galenus autem ἐκπεπταμένα eſſe ait, quae longiſſimo inter ſe diſtant interuallo, in ſuis commentariis in hunc locum Hippocratis, qui eſt in libro, qui κατ' ἰητρεῖον inſcribitur, ὑποθέσις μὲν αὐτὴ ὧς τε ἢ ἀφεσεῶτα προσεῖλαι, ἢ ἐκπεπταμένα συσεῖλαι, ἢ ξυνεσαλμένα διαςεῖλαι. ST. V. Foeſ. p. 190.

z. Apud Hippocratem et Galenum reperio ἔρματα, ἐρμάσματα, et ἐρείσματα, non ἔργματα. In ſecundo de fract. t. 77. p. 464. v. 39. Si enim dependeat pes, reliqua tibia ἡρματισμένης firmata, neceſſe eſt iuxta anteriorem tibiae partem oſſa incurua eſſe. Si vero calcaneum quidem moderato altius ἡρτισμένη fuerit firmatum. In cuius expoſitione Galenus inquit: De crure autem, quod fulcitur ἐρματισμένης dixit, ducto vocabulo a fulcris, quae graece dicuntur ἔρματα: quorum meminit poeta in eo carmine ὑποδείρεον ἔρματα νηῶν, hoc eſt, fulcimina puppibus abſtrahunt. Sic igitur accipitur vocabulum ἡρματισμένης. Tertio de art. t. 26. p. 485. v. 13. Ἐρμῆσαι firmare quidem oportet iuxta pectus ad ſcalam fortiter deligando. Quem locum explicans Galenus ait, in ſuperioribus ſe oſtendiſſe, ἔρματα dici ab Hippo-

[a] Εὐξαλέως) περιεξαλμένως.
[b] [1] Ἑδραίως) Βακχεῖος ἐν γ', [2] ἐπιμόνως. Ἐπικλῆς δὲ, [3] ἐγκαθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ. Ἑκάτεροι

[1] ἑδρεσῶς *MS. D.* ἑδραιὸς *Foes.*

Hippocrate fulcimenta, et ἑρμάσαι fulcire: atque hoc esse quod a poeta scribitur ὑποδείρεον ἔρματα νηῶν, hoc est, fulcimina puppibus abstrahunt. Tertio de offic. med. t. 26. p. 504. v. 35. ἡρμόσθαι firmatum autem se esse, non compressum (dicat). In quo loco Galenus iterum monet, fulcimenta constare a Graecis appellari, non solum ἑρμάσματα, sed ἐρείσματα, vel ex eo, quod poeta ait in eo carmine ὑποδείρεον ἔρματα νηῶν fulcimina puppibus abstrahunt. Ad cuius similitudinem fulcire dictum est ab Hippocrate ἡρμόσθαι. Et t. 36. p. 505. v. 13. Τὰ δὲ ἑρμάσματα καὶ ἀποστηρίγματα fulcimenta vero ac firmamenta adhibere oportet. In cuius expositione Galenus quid eiusmodi voces significent, longa oratione declarat, asseritque vocem ductam esse a nomine ἔρματα, quo fulcimenta graece vocantur: quorum meminit Homerus in supra citato carmine, quasi nihil differat ἐρείσματα fulcimenta ne dicantur, an στηρίγματα firmamenta. Nunc vero duorum nominum ἑρμάσματα, sic enim dixit fulcimenta, et στηρίγματα quo firmamenta expressit, proxime alterum alteri subiiciens indicari videtur, non significari idem ab vtroque. Vbi igitur agere curiosius volumus, στηρίγματα dicemus, quae sine vinculo, ἑρμάσματα, quae cum hoc adhibentur: sicque statuemus ea vocari στηρίγματα, quae partibus illis dantur, quarum motus necessarius est, a quo cessatio non est in nobis: ἑρμάσματα, quae immobilibus. Plura habes in annotatione dictionis ἥρμοσαι et ἑρυμάτων. EUST. Non ἔργματα, sed ἔρματα scripsisse Erotianum puto, vnde enim γ habere posset hoc vocabulum? Sed et Galenus ἔρματα scribit, non ἔργματα, exponitque ἐρείσματα, citans ex Homero, ὑπὸ δ' ἤρεον ἔρματα νηῶν. Inuenitur autem et apud Hippocratem et ἑρμάσματα in eadem significatione. Nam in libro κατ' ἰητρεῖον ita scribit, τὰ δὲ ἔρματα καὶ ἀποστηρίγματα, οἷον σήθει, πλευρῇσι, κεφαλῇ, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα τοιαῦτα, τὰ μὴ σφυγ. etc. Vbi Galenus ait ἑρμάσματα et στηρίγματα poni quidem saepe in eadem significatione, habere tamen, si accuratius vis verborum expenda-

Εὐσταλέως) succincte.

Ἑδραίως) Bacchius in tertio perseueranter, Epicles vero assidue, diu et constanter. Vtrique autem, vt arbi-

tror,

[2] ἐπιμονῇ *MS. D.* ἐπιμονὸς *Foes.* [3] ἐγκάθισμα *MS. D.*

pendatur, aliquam inter se differentiam, et σηρίγματα esse ὅσα τῆς ἐπιδέσεως ἔξωθέν ἐστιν, at vero ἑρμάσματα esse τὰ κατ' αὐτὴν ἐκείνην· Vide plura ibidem. Est autem ἑρμάσματα a verbo ἑρμάζειν, quod idem enarrator apud Hippocratem ἑδράζειν καὶ σηρίζειν exponit. Ab eodem est et ἑρμασμὸς, quo vtitur in libello περὶ ἀγμῶν. ST. Adde quae de voce ἕρμα egregie pro more suo commentatus est Ven. Senex, V. Ill. Trillerus in Obss. critt. p. 288.

a. Libro de decenti ornatu, siue de probitate, p. 16. v. 36. Et omnia haec facere placide εὐσταλέως expedite cum ministerio. Libro de superfoet. p. 48. v. 36. de extrahendo foetu mortuo. Deinde his exemtis latera confringere, quo confidens corpusculum leuius ac εὐσταλέστερον expeditius fiat. Primo de officina medici t. 16. p. 502. v. 35. Vestis εὐσταλέως succincte, distincte, aequaliter, similiter, cubitis, humeris. In quo loco Galenus inquit, εὐσταλέως succincte, apte, ac expedite, pro collecte dixisse, vt neque fluat, neque medicum strangulet. EUST. V. Foes. p. 252.

b. Primo de officina medici, quem librum, vt coniicio, Erotianus innuit, t. 17. p. 502. v. 41. de situ corporis. Huc vero aut illuc, vt non extra ἕδρης sedem, sed pro ratione conuersionis, et corpus, et operantem corporis partem producat. Et t. 18. p. 502. v. 43. Agere vero oportet ita, vt altero pede inscendat, non eo, qui est ad manum agentem, genu ad inguem sublato, velut in ἕδρῃ sede. Et libro secundo t. 27. p. 503. v. 42. Ad ea quidem, quae abscesserunt, ita vt sublimia ἕδρης sedem quidem contingant, non tamen comprimant. Primo de art. t. 62. p. 477. v. 17. Neque enim hoc os in pristinam ἕδρην sedem similiter firmari poterit, veluti natura exigit. Et libro tertio t. 86. p. 490. v. 36. de Amazonis. Vtuntur autem his (scilicet viris,) pro opificibus, ad coriaria opera, aut fabrilia, aut aliud ἑδραῖον ἔργον sedentarium opus. Alter locus Erotiani est in libro de vulner. capit. p. 447. v. 12. qui talis est: Διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τ' αὐτὸ ἔχω, hoc est,

τεροι δὲ, ὡς οἶμαι, ἁμαρτάνουσιν. Οὐ γὰρ ἐν δηλοῖ ἡ λέξις, ἀλλ' ἐνθάδε μὲν τὴν καθέδραν σημαίνει. Ἔνθεν γὰρ καὶ Διέδρα λέγεται τὰ ἐφ' οἷς καθήμεθα. Ἐν γοῦν τῷ [1] Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ [2] τραυμάτων αὐτὸς ἐξηγεῖται, λέγων, [c] Διακοπὴ δὲ καὶ ἕδρη [3] τωὐτό ἐστι. Ὅλα δὲ εὖ [4] μάλα καὶ πολλάκις. Ὁμοίως κἀν τῷ Μοχλικῷ φησὶ, [5] καταναγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδραν [6] πτέρνῃ ἢ θέναρι. Τετέχθω, εἰς τὸν [7] οἰκεῖον τόπον.

[d] [8] Ἐξήρεισεν) ἐξέπεσεν.

[e] Ἐξαρύεται) Βακχεῖος ἐν γ', ἐκθλίβεται.

Ἐξαν-

[1] περὶ τὴν κεφαλὴν *MS. D.* [2] θραυμάτων *vulgg.* [3] ταὐτὸν *MS. D.* [4] μάλλα *MS. D.*

est, interciſio enim et ἕδρη ſedes idem eſt. Verba autem, quae ipſe Erotianus ibidem ſubiungit, nimirum, ὅλα δ' εὖ, μάλα, καὶ πολλάκις, id eſt, tota quidem, bene, valde, et ſaepe, in codice Hippocratis nuſquam reperiuntur. Et ſupra p. 446. v. 6. At vero ἕδραι ſedes telorum acutorum ac leuiorum, ipſae in ſeipſis ſientes in oſſe. Quae verba frequenter in eo libro reperiuntur. Locus, quem Erotianus citat ex Mochlico, depraua tus eſt: Sicque ex Hippocratis codice p. 511. v. 6. reſtitui debet: Καταναγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην πτέρνῃ ἢ θέναρι ἐπί τινος, id eſt, quae vero ſuberunt, calce vel manus palma, in ſuam ἕδρην ſedem pellito. Sic Calvus tranſtulit. Galenus in ſecundo de fract. in com. t. 9. inquit: Abrumpitur autem os quatuor de cauſis maxime generalibus. Super ipſum enim vehementi impetu incidit, aut aliquid conterendi vim habens, quod plane neceſſe eſt natura durum eſſe, et mole non exiguum: aut aliquid, quod non tantum cutem, et quae inter cutem ſunt, et oſſa, ſed haec quoque ſecare poſſit, quem morbum Hippocrates in L. de vulner. capit. ἕδραν appellat. Sexto de morb. vulg. com. 4. t. 12. p. 347. v. 2. Somnus ἑδραῖος ſedentium, ſtanti dormitatio. In cuius expoſitione Galenus ait: Somnum eorum, qui ſedent, aiunt ἑδραῖον, quaſi ſedentarium dicas, ab ἕδρας ſede appellatum: parum autem eſſe horum ſomnum dormitationi ſtantium: ac ſi tota oratio eſſet hoc modo pronunciata. Calidae naturae a plurimo ſomno arcendae ſunt;

tror, errant. Non enim vnum tantum haec vox ſignificat; ſed hic quidem cathedram ſignificat; hinc enim et ſellae dicuntur, in quibus ſedemus. In libro igitur de vulneribus capitis ipſe interpretatur dicens: Interciſio autem et ἕδρη ſedes idem eſt. Tota quidem bene, valde, et ſaepe. Similiter et in Mochlico. Cogere vero quae ſupereminent in ἕδρην ſedem ſuam calcaneo, vel planta; hoc eſt, in proprium locum.

Ἐξήρειπεν) decidit.

Ἐξαρύεται) Bacchius in tertio, exprimitur et exhauritur.

K 5 Ἐξαν-

[5] καταναγκας *MS. D.* [6] πτέρνα ἢ θενάρη *MS. D.* [7] εἰκῆον *MS. D.* [8] ἐξήριπεν *vel* ἐξείριπεν *legendum cenſet Foeſ.*

ſunt; melius enim eſt, vt vigilent, et aliquid faciant; praecipue autem prohibendae ſunt, ne ſedeant; ſin minus id concedendum erit, quod eſt ſtantium dormitioni perſimile; ſed ne decumbant, cauere conuenit. Quidam ſomnum ἑδραῖον pro profundo dictum putant, vt quicunque ita affecti ſunt, ſtantes iam dormituriant. Sed quum non addiderint, quem vſum haec afferant, quae ſcripſerunt, imperfecta eorum oratio eſt. EUST. Apud Hippocratem ἑδραίως κοιμηθῆναι quidam expoſuerunt βαθέως, ſicut ὕπνον ἑδραῖον, βαθὺν, apud eumdem in hoc aphoriſmo ὕπνος ἕδραιος ὀρθῷ νυσταγμός. Sed Galenus ἑδραῖον eſſe mauult τὸν τῶν καθημένων, dictum ἀπὸ τῆς ἕδρας. ST.

c. Apud Hippocratem poſt haec verba διακοπὴς etc. non ſequuntur iſta, quae ſubiungit Erotianus, ὅλα δὲ εὖ μάλα καὶ πολλάκις, ſed alia inchoatur ſententia. ST.

d. De hac voce ſupra meminit Erotianus in dictione ἔρεψις. In tertio de offic. medici t. II. p. 504. v. 15. habetur ἐξερρίπτε, et in Vaticano codice ἐξήρειπε. Ferulae porro, inquit, ſint leues, aequales, iuxta extremitates ſimae, hinc, atque illinc paulo minores deligatione: craſſiſſimae autem ex parte, qua ἐξέρριπτε extat fractura, vel vt Vatic. cod. habet ἐξήρειπε cecidit, ſeu excidit. EUST. Saepius apud Homerum occurrit v. c. Iliad. ε. v. 294. ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων.

e. Aliqua exemplaria Exegeſis habent ἐξαρύεται, alii ἐξα-

f [1] Ἐξαντλεῖται) ἐκπιέζεται.

g [2] Ἔξασις) αἱ ἐμφερομέναι τοῖς ἐπιδεσμοῖς κατὰ τὰς ἕλικας κρόκαι, ἐξάσις παρ' αὐτῷ καλοῦνται.

h [3] Ἐκθήλυνσις) ἔκτηξις καὶ ἰσχνασία.

i [4] Ἐμβατευόμενον) Βακχεῖος ἐν β' ἐμβάλλον, ἢ [5] ζηλοῦν, ἢ ἐμπίπτον. Μᾶλλον δὲ ἐνεργοῦν ἂν εἴη. Ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττική, καὶ διὰ τοῦ βτ [6] γραφομένη καὶ ἐκφωνουμένη.

k [7] Ἔδος) θρόνος ἢ δίφρος. Ὡς Βακχεῖος ἐν ά. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῷ ἕζεσθαι. Μαρτυρεῖ δὲ Ἱπποκράτης ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων λέγων, Πάνυ μὴν ἱκανῶς ἔχει καὶ περὶ μέγα ἕδος Θεσσαλικόν. Ἀντὶ τοῦ, περὶ δίφρον Θεσσαλικόν. Πᾶς γὰρ δίφρος ἀνακλισμὸν ἔχων, Θεσσαλικὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται.

Ἐδί-

[1] ἐξαντλῆται *MS. D.* [2] ἐξεσίας *Chart.* ἐξασίας *ap. Gal. et Hipp.* [3] *Hunc canonem MS. D. ignorat.*

I. Sexto de morb. vulg. com. 6. t. 11. p. 348. v. 16. Quibuſdam vero καρφαλέον arida ac circumtenſa cutis. Et t. 14. p. ead. v. 18. Quibus cutes circumtenduntur, καρφαλέα aridae ac durae, ſine ſudore moriuntur. EUST. Vide ſupra p. 184. not. d. et Aretaeum de cur. acut. L. I. c. 5.

[m] [1] Κενέβρεια) τὰ νεκρημάσια κρέα ἔτω καλῆνται, ὡς φησὶ Ἀριστοφάνης· [n] Οὐκ ἔθ' ὁ κενέβρειον ὅταν θύῃς τι, καλεῖ με. Καὶ ἡ ἀγορὰ δὲ ὅπου πωλεῖται [o] τὰ τοιαῦτα, [2] κενέβρεια καλεῖται.

[p] [3] Καρυκοειδέα) καρύκη, εἰδός ἐστιν ὑποτρίμματος, ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον. [4] Καρυκεύειν δὲ,

[1] κενέβρια *Chart. et nonnulli.* [2] κενεβρεία *Chart.* κενέβρειον *Euſt.*

m. Erotianus certe hanc vocem legit in priori parte L. IV. epid. Verba ipſius ſunt: Κενέβρεια κ. τ. λ. Pro vltimo illo κενέβρεια Euſtachius in ſuis libris reperit κενέβρειον; vertit enim: et forum vbi talia venduntur, κενέβρειον appellatur. Atque hanc lectionem lubens equidem admitto, etſi non neſcius ſim Graecos ſaepe talia plurali numero efferre: ita enim ἰχθῦς, σκόροδα, γέλγη, χύτραι, ſunt loca, vbi talia venduntur, Eupolis apud Poll. Luc. L. IX. ſ. 47. Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ πρόμυα καὶ τὸν λιβανωτὸν, κ' εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. Verum vt eo redeam; nihil apud Hippocratem reperio, quo Erotiani gloſſa pertinere poſſit, niſi ſit is locus, qui prae manibus eſt. Coniicio itaque olim hic lectum fuiſſe: Ὁ ἀπὸ τῆς κενεβρείας, ἵππε καταπεσών, vel ſi id mauis, ἵππε. Ita vero legendo κενέβρειον erit intelligendum, vt Erotianus vltimo loco annotat, de foro vbi carnes animalium morticinae vendebantur; hinc vertendum: Qui habitabat in morticinorum foro, quum ab equo (vel a furno) decidiſſet. Quod vero attinet verſum Ariſtophanis ab Erotiano productum, is corruptus procul dubio eſt, nec quomodo reſtituam video. Citatur quoque, vt indicauit Foeſ. in oec. a Scholiaſta Comici, ſed nihilo melius. Ne tamen nihil omnino tentem, coniicio ita reſcribendum eſſe: Οὐκ ἐσθίω κενέβρειον, ὅταν δὲ θύῃς τι, καλεῖ με; vel quod a lectione corrupta propius abeſt: Οὐκ ἔσθω κενέβρειον. Ἔσθω enim idem quod ἐσθίω. In comoedia, vnde haec deſumta, fordidus, puto, et illiberalis homo alterum ad coenam inuitauerat: hic, eas epulas dedignatus, ſiue quod prior ille reuera κενέβρεια ſibi comparauerat, ſiue quod hoc maledice tantum ipſi obiiciat, reſpondet: Non comedo carnes morticinas; vbi vero immolaueris quid, (tunc) me voca. De metro verſus nihil

Κενέβρεια) praemortuae carnes ſic appellantur, vt Ariſtophanes: Non ſit κενέβρειον, id eſt, caro moribunda, quando ſacrificas, quid me vocas? Et forum, vbi talia venduntur, κενέβρειον appellatur.

Καρυκοειδέα) καρύκη ſpecies eſt intriti, ex pluribus condimentis compoſiti. Καρυκεύειν autem eſt commiſcere,

[3] Καρυκκοειδέα *per duplex* κ *Heſ.* [4] Καρκεύειν *MS. D.*

hil quod affirmem, habeo. Si ita legatur: Οὐκ ἔσθ' ὁ κενέβρειον, ὅταν δὲ θύῃς τι, κάλει με. Habemus purum putum heroicum: quo metro ſaepius vſum eſſe Cratianum, quin et Ariſtophanem in Pace, et alibi: ſi tamen in hoc fragmento locum illi concedere quis vereatur, legi quoque poterit, ἐκ ἔσθ' ὁ κενέβρει', ὁπόταν δὲ θύῃς τι, κάλει με, ita omnium quidem ſyllabarum eadem, quae prius erit, quantitas, ſed iam, quod ante propter caeſuram non licebat, haberi haec poſſunt pro anapaeſtico Ariſtophaneo, cui ab initio ſeſquipes deeſt: ſed haec aliis commendata volo. HKR. Vide ſupra p. 184. not. d. Heſych. κενεβρεία τὰ θνησίδια καὶ νεκρίμαῖα κρεάτα.

n. Non reperi apud Ariſtophanem hunc locum, ex quo reſtitui poſſe ſperabam. Ex coniectura igitur repono, ἐκ ἐς τὸ κενέβριον ὅταν θύσῃ τι καλεῖ με. Inuenitur quidem apud Ariſtophanem κενεβρίων per ι ſimplex, ſed in alio loco. Ita enim legitur apud eum in Auibus: Κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν Τἔτο καθ' ὑμῶν Αὐτῶν, ὥσπερ κενεβρίων. In cuius nominis expoſitione Scholiaſtes haec verba ponit, ἐκ ἔσαι κενέβριον ὅταν θύσῃ. Nam poſtquam dixit τὰ θνησιμαῖα κρέα ἔτως ἐκάλεν, ſubiungit ἐκ ἔσαι etc. Quae verba quid ſibi velint quum antea difficile foret perſpicere, nunc ex Erotiani loco patet ea eſſe eiuſdem loci Ariſtophanis partem, quem locum Scholiaſtes ad confirmandam ſuam expoſitionem protulerit, ſicut Erotianum hic proferre videmus. ST.

o. Si cum ἀγορᾷ iungi debeat, κενεβρεία videtur legendum, παροξυτόνως. ST.

p. Galenus in Exeg. exponit ſanguinea, id autem proprie medici vocant. Καρύκη edulium Lydium, varium, id eſt, et ex ſanguine confectum. Quarto de morb. vulg. p. 331. v. 4. Duo fratres Cecropis familiares, quibus nigra ab initio prodibant, ſubfeculenta, καρυκοειδέα edulia ex ſanguine confecta colore

δὲ, τὸ ταράττειν. [q]Ην, Καρύκην [1] φασὶν αἱματώδη τὴν χρόαν ἔχουσαν. Ἔνιοι δὲ τὴν παρ' ἡμῖν καλουμένην Αἱματείαν, Καρύκην ὠνόμασαν, οὐκ ὀρθῶς. [q]Οτι δὲ [2] τρίμματος ἐστὶν εἶδος ἐξ [3] ἀρτυμάτων, μαρτυρεῖ καὶ Φιλοκράτης ὁ Σάμιος, καὶ ἄλλοι.

[q] Κοιλίης ταραχὴ [4] ἠλεκτριώδης) ἀντὶ τοῦ, λαμπρὰ καὶ σίλβουσα. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἤλεκτρον, ἠλεκτριώδης ἡ τοιαύτη ἔκκρισις.

[r] [5] Κεδματώδεα) Κέδματα λέγονται αἱ χρόνιαι περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις.

[s] Κυκεών) πόμα μετὰ ἀλφίτου [6] τεταραγμένον καὶ [7] Κυκεῶν [8] τὸ ταράττειν.

Κοτυ-

[1] φησὶν *MS. D.* [2] ὑποτρίμμεσος *MS. D.* [3] ἀρτημάτων *MS. D.* [4] ἠλεκτρυώδης *MS. D.*

colorem referentia, ea ex ſpumoſis bile abunde coloratis viridia erant. Sic vertit Germanus interpres. Calvus vero, nucibus ſimilia demiſerunt, multa Venere lutei erant. EUST. Vide ſupra p. 184. not. d. Heſych. explicat περίεργος ζωμός, βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, ἀφ' οὗ τὸ συνταράττειν καὶ ἀναδεύειν, καρυκεύειν φασί. Conſentit cum Heſychio Suidas.

q. Quarto de morb. vulg. p. 352. v. 45. de famula recens emta: Et non vltra ſeptem dies etiam κοιλίη ἐταράχθη. ἠλεκτριώδης. Id eſt, aluus turbata eſt, feceſſus electrum referens, ſubuiſcoſus, multus, ad aliquot dies. Vt vides, ſenſus idem eſt, dictiones autem diuerſae. Hippocrates enim habet ἐταράχθη. ἠλεκτριώδης. Erotianus vero ταραχὴ ἠλεκτριώδης. Quae autem harum lectionum melior ſit, tu ipſe iudicabis. EUST. Vide epid. L. IV. p. 1135. H. HER.

r. Galenus in Exeg. κέδματα dicit eſſe diuturnas ex fluxu affectiones, vel in omnibus articulis, vel maxime circa coxarum vertebram. Libro de locis in hom. p. 66. v. 40. Si autem modicus fluxus fuerit, coxendicum, et κέδματα articulorum diuturnam affectionem facit. Et v. 42. Fiunt praeterea κέδματα articulorum affectiones, ac coxendicum a talibus morbis ſanatis. Et v. 45. Et ἢ κέδματα ἢ ἰσχιάδα, aut articulorum aut coxendicum affectiones inducit. Libro de aere, aquis et locis p. 79. v. 30. de Scythis: Ab equitatione ipſa, eos κέδματα diuturni

miſcere, quam καρύκην dicunt habere ſanguineum colorem. Nonnulli vero quam nos vocamus αἱματείαν, id eſt, farcimen ſanguineum, καρύκην nominarunt: non recte. Quod autem intriti ſpecies ſit ex condimentis, teſtatur et Philocrates Samius, et alii.

Κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτριώδης) id eſt, ſplendida et nitens. Dicta eſt autem eiuſmodi expurgatio ἠλεκτριώδης ab electro.

Κεδματώδεα) κέδματα dicuntur affectus in articulis diuturni.

Κυκεῶν) potio cum farina mixta: et κυκᾶν miſcere.

Κοτυ-

[5] Κέδματα *reponi debere ſuſpicatur Foeſ.* [6] τεταραγμένα *vulgg.* [7] κυκτᾶν *MS. D.* [8] ὁ ταράττων *MS. D.*

turni articulorum dolores corripiunt. Et p. 80. v. 5. Ibi plurimi a κεδμάτων diuturnis doloribus articulorum, coxendicumque maxime corripiuntur. Primo de morb. p. 129. v. 40. Κέδματα, affectiones fluidae circa articulos, et v. 44. de longis morbis, κέδματα affectiones fluidas circa articulos. Sexto de morb. vulg. com. 5. t. 22. p. 347. v. 39. Κεδμάτων in fluxionibus ad coſtam venas retro aures ſecato. In cuius com. Galenus ait: Κέδματα Hippocratem vocare, defluxus in crura decumbentes, maxime vero eos, qui in primum articulum, vbi coxendix eſt, impetum faciunt. Et libro ſeptimo p. 367. v. 43. Quidam circa Elealcis fontem, ad ſex annos, habuit ex equitatione, inguinum tumorem, varices, et κέδματα coxendicum dolores. In his duobus vltimis locis, vt vides, κέδματα ſumuntur pro coxendicum affectionibus: in aliis exemplis non item, in illis enim tum κέδματα, tum ἰσχίαδα legimus. EUST. Apud Hippocratem cum alibi tum libro epid. VI. κέδματα habemus, vbi ſcribit κεδμάτων τὰς ἐπὶ τοῖς ὠσὶν ὄπιθεν φλέβας ὀχάζειν. Galenus autem ibi ait eum ſic appellare τὰ εἰς τὰ σκέλη κατασκήπτοντα ῥεύματα, καὶ μάλιστά γ' αὐτῶν τὰ εἰς τὴν πρώτην διάρθρωσιν, ἥ τις ἐστὶ κατ' ἰσχίον. ST. Vir Ill. Trillerus ab Hebr. קדם, antiquum priſcum, inueteratum deducit, atque docte et egregie in Obſeruatt. critt. p. 426. ad hanc vocem commentatur.

s. Secundo de diaeta p. 92. v. 24. Κυκεὼν Cyceon autem ſolum in aqua quidem frigefacit, ac nutrit. Sexto de morb. vulg. com. 6. t. 5. p. 348.

[r] Κοτυληδόνας) ταύτας δ' μόνον Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ Διοκλῆς ἰσορεῖ παρ' ἑκάτερον [1] μέρος τῆς μήτρας εἶναι κοιλότητας τινὰς [2] μαρσιδεῖς, ἐν αἷς φησὶ τὴν ἀνατροφὴν τῷ ἐμβρύῳ γίνεσθαι. [s] Ὅτι δὲ ψεῦδος [3] παραδεδώκασιν, ἀλλαχόσε δείξομεν.

[u] Κλαυθμώδεες ἀναπνοαί) ἀντὶ τῷ συνεχεῖς· Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κλαιόντων παιδίων.

Κίσσαρον) τὸν κισσόν.

Κατα-

[1] μέρος τῷ τῆς μ. *MS. D.*

348. v. 8. Et κυκέων cyceonis mixtura. In cuius com. Galenus ait: Nunc vero Hippocrates vtrumque et cibum, et potum coniunxit: ſiquidem tale quippiam cyceon eſt, vt apud Homerum legiſtis, quum alia vino miſcerentur, omniaque vinum haberent commune, fortaſſe vero vinum cum polenta miſcebatur, neceſſaria autem alia quoque miſceri quiſpiam putabit, hoc nomine cyceon veteres ſignificare voluiſſe: vt potius hanc vocem in illum ſenſum vſurpaſſe intelligantur. Alia exempla quaerantur ſecundo de morb. p. 143. v. 38. Et p. 149. v. 12. Et libro quarto p. 178. v. 3 et 7. Libro de internis affect. p. 195. v. 15 et 33. Libro de nat. mul. p. 217. v. 28. Et p. 224. v. 13. Primo de morb. mul. p. 237. v. 9. Et p. 250. v. 5. Et libro ſecundo p. 265. v. 39. Et p. 270. v. 45. Et alibi pluries haec vox reperitur. EUST. V. Foeſ. p. 361. Heſ. ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ὕδατος καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα interpretatur.

t. Galenus in Exeg. exponit ora vaſorum, quae in vterum deſcendunt, vt in libro de Hippocratis diſſectione docuit, quod etiam pluribus verbis explicat libro quinto aphor. t. 45. p. 397. v. 6. Exponens enim haec verba: Quaecunque vero moderate corpus habentes abortiunt bimeſtres et trimeſtres, ſine cauſa manifeſta his αἱ κοτυλήδονες vteri acetabula muco plena ſunt: in hunc modum Galenus ſcribit: Ora vaſorum venientium ad vterum, ex quibus ſecundae pendent, acetabula nominauit: non ſicuti quidam arbitrantur, adnatas ipſi carnes glanduloſas. Nam, vt ipſe inquit, in primo de paſſ. mulieb. Si acetabula plena fuerint pituita, menſtrua fiunt pauciora. Et Praxagoras in primo de natural. acetabula, inquit, ſunt ora venarum et arteriarum, quae feruntur ad vterum.

Ero-

Κοτυληδόνας) has non ſolum Hippocrates, verum etiam Diocles ſcribit in vtraque parte vuluae concauitates quaſdam haemorrhoidibus ſimiles eſſe, in quibus ait embryonem nutriri: verum eos eſſe mentitos alibi monſtrabimus.

Κλαυθμώδεες ἀναπνοαί) hoc eſt, continuae reſpirationes, ducta eſt autem metaphora a puerulis lugentibus.

Κίσσαρον) hederam.

Κατα-

[2] μακροειδεῖς *MS. St. et ſic quoque Chart.* [3] παραυεδώκασι *MS. D.*

Erotianus hanc ſententiam non probat. Recentiores vero Anatomici eo deuenerunt, vt Hippocratem et Galenum anatomiae prorſus ignaros eſſe dicant, quorum audaciam in libello anatomico, quem propediem editurus ſum, pro viribus retundere conabor. Ceterum locus, quem Galenus adducit, eſt in primo de morb. muliebr. p. 247. v. 13. Ἢν δὲ κοτυλήδονες. Si vero acetabula pituita plena fuerint, menſes fiunt pauciores: et ſi in ventre habuerit, corrumpit, vbi foetus fortior factus fuerit. Libro de nat. muliebri p. 217. v. 29. huius quoque vocis meminit, licet ſententia diuerſa eſſe videatur. Ἢν αἱ κοτυλήδονες. Si acetabula pituita plena fuerint, menſes quidem bene ſuccedunt, et in ventre habet. Sumitur etiam haec vox pro coxendicis concauitate, quae caput femoris ſuſcipit. Libro de internis affect. p. 197. v. 32. Si dextram partem morbus corripiat, dolorem et coxae κοτυληδόνος acetabulo in principio exhibere incipit. Et v. 40. Et in ſcapulam dextram quatuor crurias inurito, et in κοτυληδόνα acetabulum coxae dextrae tres, et ſub nares duas. EVST. V. Foeſ. p. 350.

u. Sexto aphoriſm. t. 54. p. 399. v. 10. In acutis affectionibus, quae cum febre fiunt, κλαυθμώδεες ἀναπνοαί, luctuoſae reſpirationes, malum. Galenus t. 12. ſecundi com. in primum prorrh. exponens vocem κλαγγώδης, inquit: Nonnullos κλαγγώδης, clangoroſa, alios κλαυθμώδης, querula, plorabundaque ſcribere. In coac. praenot. p. 431. v. 21. Vox acuta, κλαυθμώδης, planctum referens, et oculorum obſcuratio, convulſorium eſt. EVST. Hippocrates in aphoriſmis ἐν ταῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετῶ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ κακαί. ST. Vide Foeſ. p. 340.

x Καταμηνίων λύσιν) ἀντὶ τῦ ἐπέλευσιν.

y Κοιλίη πυρετώδης) ἡ θερμοτάτη.

z Κατεφρόνεε) κατενόει. Φρονεῖν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φάσκει, Φρονῶ δ' ὁ πάσχω· καὶ τόδ' ἐ μικρὸν κακόν. Μέμνηται καὶ [1] ὁ Σοφοκλῆς ἐν [2] Ἀχαιάδῃ καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ.

a [3] Κακόνιαι) Ἐπικλῆς φησὶ [4] μακροὶ καὶ εὐμεγέθεις· εἰσὶ δὲ μᾶλλον οἱ ὀρθιοι καὶ λεπτοί.

b [5] Κατέρυθ*.) κατὰ φύσιν· κατὰ μέγεθος.

c [6] Κεφοῖ) λύει, παύει τὰς ὀδύνας.

Κωφώ-

[1] καὶ Σοσοκλῆς *MS. D.* [2] Ἀχαιάδι *MS. D. et Euſt.* Ἀχαΐδῃ *vulgg.* [3] κανόνιαι *Euſt. et Foeſ. rectius, et ſic vulgg.* [4] μηκρὸς *MS. D. in margine* μακροί.

x. Praecedens vox *κίσσαρον*, vel vt corrigendum *κύσσαρον* habetur L. de nat. puer. pag. 238. 27. Hinc coniicio gloſſam mox adſcriptam pertinere ad alium locum eiuſdem libri, p. 246. 44. vbi iam editur: *καὶ πολλῆσιν ἤδη εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μήτραι ἔχανον*. Puto, inquam, olim fuiſſe *καταμηνίων λύσιν*: ſed quum alii explicaſſent, *λύσιν, κάθαρσιν*; hoc textum dein occupauit. HER. De voce *κίσσαρον* conſulendus Foeſ. p. 366.

y. In Libro de aere, aquis ac locis, in ea parte, quae addita eſt ad finem libri de vulneribus capitis p. 456. v. 4. Quorum quidem aluus ſatis fluida ac ſana, et veſica non *πυρετώδης* ardens, etc. et v. 6. Quum vero *κοιλίη πυρετώδης* aluus ardens ac feruida fuerit, in his neceſſe eſt etiam veſicam idem perpeti. Tertio de fract. t. 8. p. 465. v. 21. Vlcus item pulſu affligetur, atque *πυρετῶδες* igneum erit. In cuius com. Galenus inquit: Poterat Hippocrates, igneum vlcus dicere *πυρετῶδες*. quaſi febricitans: dixit autem *πυρῶδες* ſumto vocabulo ab igne, quem Graeci *πῦρ* vocant, quo ardorem nobis reduceret in memoriam. KUST. V. Foeſ. p. 344.

z. Vide Hippocr. de nat. mul. p. 214. 19.

a. Perperam in quibuſdam Erotiani exemplaribus et in Exeg. legitur *κακόνιαι*: quae vox, vt Galenus eo in loco ſcribit, ſignificat illos, qui rectos, et prominentes ventres habent. Libro de aere, aquis et locis, p. 80. v. 39. de habitatoribus locorum concavorum: Hi magni quidem

eſſe

Καταμηνίων λύσιν) id eſt, acceſſum.

Κοιλίη πυρετώδης) calidiſſimus.

Κατεφρόνεε) conſiderabat. Φρονεῖν enim dicebant veteres conſiderare, vt Euripides in Antiope inquit, φρονῶ δὲ, id eſt, conſidero autem, quod patior: hoc autem non paruum malum. Meminit quoque Sophocles in Ἀχαιάδι, et in Amphiarao.

Κανόνιαι) Epicles dicit longi et proceri: ſunt autem potius recti et graciles.

Κατ' ἐυθμίην) ſecundum naturam, ſecundum magnitudinem.

Κωφοῖ) ſoluit et ſedat dolores.

[5] *Sic quoque MS. D. ſed linea tranſuerſa τε θ, ſubtus ducitur ſemicirculariter. Euſt. et quaedam exemplaria* κατερυθμίην, *verum et hanc lectionem ſuſpectam exiſtimat Foeſ.* [6] κωφοῖ *MS. D. Euſt. et ſic ap. Hippocr. omnia exemplaria.*

eſſe non poſſunt, neque κανονίαι bene compoſiti, et longi ac erecti. EUST. De κανονίαι vide quamdam annotationem meam ad Galeni ἐξηγ. voc. κανονίαι. ST.

b. Hoc verbum, cui aſteriſci nota fuit appoſita, vix ſine melioris codicis auxilio emendari poſſe ſperem. ST. Vide Foeſ. p. 326.

c. Galenus in Exeg. habet κωφοὶ languidi: κωφοῖ vero verbum tertiae perſonae, ac tertiae coniugationis, languefacit, ac retundit, ſignificat. Libro de humidorum vſu p. 112. v. 18. Somniferum et in caput et in alia: Conuulſionum, tetanorum mitigatiuum; ὀδύνας κωφοῖ, dolores ſedat, auris, oculorum, et quaecumque talia frigida. In cuius ſententiae ſyntaxi Germanus interpres plurimum errat. Κωφοὶ etiam habetur in Libro de carnibus p. 43. v. 19. de vocis articulatione: Huius ſignum eſt, κωφοὶ muti ex natiuitate differere non poſſunt. Libro de flat. p. 121. v. 30. de ſacro morbo: Eo enim tempore, quo a morbo corripiuntur, neque ſentiunt quidquam, κωφοί τε τῶν λεγομένων, neque audiunt, quae dicuntur, neque vident, quae fiunt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, et quidem rectius: Sine rerum omnium ſenſu ſunt, ſurdi eorum, quae dicuntur, caeci eorum, quae fiunt. Sunt enim tres memoratae dictiones

d [1] Κωφώθη) ἐβλάβη. Παρεμποδίθη.

e Κίθαρος) παρὰ Δωριεῦσιν ἔτως ὁ θώραξ καλεῖται.

f [2] Κυβιτῷ) Βακχεῖος φησὶ [3] κυβοειδεῖ [4] ὀσαρίῳ, τῇ πτέρνῃ. Οἱ δὲ πλείες, τῷ ἀγκῶνι.

g Κατακρέειν) [5] κατασχίζειν.

h Κνιπότητα) ξηροφθαλμίαν.

i Καμμάρῳ) αὕτη ἡ λέξις τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐςι, περιέχεσα ἔτως, [6] Πυρίας μὲν τοῖσι πόνοισι καὶ ξοφήμασιν,

[1] κωφωθῇ *apud Hippocr.* [2] *ſuſpectus hic locus Foeſio videtur.* [3] κυβοειδῷ *vulgg.*

nes nomina, non verba. In quibus verbis clare vides, κωφοὶ pro mutis et ſurdis ſumi. Nec mirum eſt hanc vocem in varios ſenſus trahi, quia, vt ex his, quae infra ab Erotiano ſcribuntur, coniicere potui, κωφοὶ proprie impeditos ſignificat, et κωφώθη impeditus, et κώφωσις impedimentum: licet haec vox auditui maxime accommodetur. EUST.

d. Secundo de morb. p. 141. v. 35. de carie oſſis capitis: Dum autem ſanguis non mouetur, fieri non poteſt, vt non etiam corpus quieſcat, et κεκωφῶσθαι torpeat. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, torpeſcit. Libro de iudicat. p. 387. v. 25. Quibus in febribus aures κωφωθῇ obſurduerunt, his etc. EUST. Hippocr. de morb. L. II. μὴ κινεμένε δὲ τὸ αἷματος, ἐχ οἷόν τε μὴ ἐχὶ καὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κωφῶσθαι. ST. Vide Foeſ. p. 370.

e. Galenus in Exeg. hanc vocem eodem modo exponit. Libro de locis in hom. p. 67. v. 46. At vero quum in κίθαρον thoracem fluxerit. Et p. 68. v. 16. Pus autem in pulmone, et in κιθάρῳ thorace conſiſtens, et congregatum, vlcerat. Et v. 17. Simulque exulcerato in κιθάρῳ thorace ac pulmone magis fluit. Et v. 36. Magis autem ab ea lateris mollitudinis parte, in qua pus eſt, et κίθαρος thorax concruatus eſt. EUST. Heſ. σῆθος, πλεύρα καὶ ἰχθύς.

f. Galenus in Exeg. exponit os cubiti, et cubitus. Dioſcorides autem nodum bracchii ſic vocari putat. Libro de locis in hom. p. 65. v. 18. Et tunc tum os, tum radius in idem commiſſa, articulum in κυβίτῳ cubiti gibbo faciunt. Et v. 21. Hae

(ſcili-

Κωφώθη) laesus est, impeditus est.

Κίθαρος) apud Dorienses sic thorax appellatur.

Κυβιτῷ) Bacchius inquit cubi formam habenti osſiculo in calcaneo; plurimi vero, cubito.

Κατακρεέειν) discindere.

Κνιπότητα) aridam lippitudinem.

Καμμάρῳ) haec vox in earum numero ponenda, quae semel dictae sunt, sic continens: Ardores quidem

 potibus

[a] ὀξαρείῳ *MS. D.* [b] κατασχέζειν *MS. D.* [c] τὰς πυρίας *MS. D.*

(scilicet appendices) cum osse cohaerentes, iuxta ossis articulum in κυβίτον cubiti gibbum coarticulantur. Et v. 24. Hae (scilicet appendices) sibi ipsis intus in κυβίτῳ cubito commissae. EUST. Κυβίτῳ ex Galeno legendum est, non κυβιτῷ. Sed et apud Hippocratem illo non hoc modo scribitur, vno in loco: καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀγκῶνα δύο περόναι πεφυκυῖαι ἄνω ἐκ τῶ ὀστέε πεφύκασιν. Αὗται σὺν τῷ ὀστέῳ πεφυκυῖαι, παρὰ τὸ τῶ ὀστέε ἄρθρον ἥρθρωνται, ἐς τὸ κύβιτον. In altero, τό, τε ὀστέον καὶ ἡ πέρονη ἐς τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα, ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι. Est autem vterque locus in eo loco, qui περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον inscribitur. ST. Vide Foes. p. 360.

g. Galenus in Exeg. eodem, quo Erotianus modo, hanc vocem exponit. EUST.

h. Galenus in Exeg. exponit vellicationem, alii oculorum ariditatem significari hoc nomine putant. EUST.

i. Omnia Erotiani exemplaria sunt deprauata et manca, et in his modo κάμμαρον, modo κάμμορον legitur. Nos pro viribus locum, quem ipse adducit, ex Hippocrate restituimus. Galenus in Exeg. inquit: Κάμμορον est animal paruae scillae simile, et aconitum, ab eo, quod illius radices sunt huic animali similes. Sed neutrum horum intelligi potest in Libro de locis hominis: Inflammatis assumto cammoro. Vnde Erotianus, non solum ipsum animal cammoro, sed adhaerentem ipsi muscum, sic vocari ait. Zeno autem Herophilius, cicutam, Zeuxis autem medicinam refrigerantem. Ex quo Galeni loco elicimus, aut Erotianum, de quo ipse meminit, non fuisse eum, quem in manibus habentes interpretamur: quandoquidem is neque musci, neque

μασιν, [k] ὡς [1] τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ [2] ἐκλύειν, ἢ [3] καμμόρῳ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ· καὶ ἐπὴν μὴ λύσῃς τῷ ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ, [4] θερμαντηρίῳ χρῷ. [l] Ζεῦξις μὲν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐξηγητικῶν (τοῦτο δὲ τὸ βιβλίον) φάρμακόν τι φησὶν οὕτω καλούμενον ψυκτικόν. Διοσκουρίδης δὲ ἐν τῷ ε τῶν ὑλικῶν, φησὶ τὸ [5] ἀκόνιτον [6] εἰρῆσθαι ὑπό τινων [7] Κράμμαρον, ὡς θηλύφονον. Λύκος δὲ ὁ Νεαπολίτης ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦδε τοῦ συγγράμματος ἐξηγητικῷ, διὰ τοῦ ἑνὸς μ' φησὶ γράφεσθαι τὴν λέξιν, ὡς εἶναι καμάρῳ· ὅ ἐστιν [8] ἀλειπτηρίῳ· ἐσχηματισμένου τοῦ [9] λεξειδίου ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ πλεῖστον [10] καμαρωτοῦ σκευασίας. Ὑποτίθεται οὖν Ἱπποκρά-

[1] τὸ πυρέττειν *MS. D.* [2] *Verba ab* ἐκλύειν *vsque ad* θερμαντηρίῳ *desunt in MS. D.* [3] καμμάρῳ *vulgg.* [4] θερματηρίῳ *MS. D.* [5] ἀκόνητον *MS. D.*

que illius animalis, in hac sua tractatione de cammoro mentionem facit: aut in hoc opere manco ac lacero eam partem desiderari, in qua de musco, et de huiusmodi animali verba facit: aut pro Erotianus legendum esse Erotinon, vel Erotinos, vel Herotion, vel Herophilus. Est enim admodum varia huius loci Exegesis lectio, et exemplaria, quae mihi videre contigit, harum vocum alteram habent. Locus Hippocratis a Galeno et ab Erotiano citatus ex Libro de locis in hom. est p. 70. v. 30. Τὰς δὲ πυρώσιας ποτοῖσι καὶ ῥοφήμασιν, ὥσπερ τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν καμμάρῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. Καὶ ἐπῆν ναυτιῷτο τῷ ψυκτηρίῳ, θερμαντηρίοισι χρῶ ἐξῆς. Ἐπὴν δὲ μὴ παύηται, ψυκτηρίοισι πάλιν χρῆσθαι· hoc est, ardores vero potionibus et sorbitionibus, quemadmodum febrem frigefactorio medicamento soluere, καμμάρῳ videlicet, aut alio quopiam huiusmodi, et si nauseam contrahat a frigefactorio, calefactoriis vtere consequenter; vbi vero non cesset, frigefactoriis rursum vtere. Haec Hippocrates, cuius verba, vt vides, ab Erotiani librario perperam fuerunt transscripta. Locus, quem ipse ex Dioscoride adducit, non est in quinto libro, sed in quarto c. 75. in quo ita scribit: Aconiton quidam pardalianchen, quidam κάμμορον, quidam thelyphonon appellant. Testatur autem Marcellus Vergilius, Dioscoridis interpres.

potibus et ſorbitionibus, veluti febrem refrigeratorio pharmaco ſoluere καμμάρῳ videlicet, vel alio quopiam tali, et, ſi nauſeam contrahat a refrigeratorio, percalfacientibus vtere conſequenter. Atqui Zeuxis in ſecundo libro Explanationum, pharmacum quoddam refrigeratorium ſic ait appellari. Dioſcorides autem in quinto Materialium inquit, aconitum a nonnullis κάμμαρον eſſe appellatum, vt θηλύφονον, hoc eſt, thelyphonon. Lycus vero Neapolitanus in ſecundo huius ſcriptionis commentario, vocem hanc per ſimplex μ ait ſcribi, vt ſit καμάρῳ, quod interpretatur vnctorium, vaporarium, deducta voce ab aedificio inſtar fornicis conſtructo. Subiungit

[6] εἰρῖσθαι *MS. D.* [7] κάμμορον ὡς θηλύφονον *Geſn.* [8] *Poſt* ἀλειπτηρίῳ *in MS. D. additur* πυριατηρίῳ. ἀλειπτηρίῳ *vulgg.* [9] λεξιδίῳ *MS. D.* [10] καμφωτᾶ *MS. D.*

pres, Plinium L. XXVII. c. 2. vocari oſtendiſſe cammaron a radicis flexura, quam caridi, id eſt, marinae ſquillae ſimilem habet, quam in hiſtoria eius, hic ſcorpionis caudae ſimilem fecit, et alabaſtrorum modo ſplendere ait. Nicander in Alexipharmacis, non longe a principio de cammoro ſic ſcribit: Πολλάκι θηλύφονον καὶ κάμμορον, ἐν δ' ἀκονιτείοις Θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάσησεν ὀρόγκοις. *Mors quoque thelyphononque et cammoron indidit atrox Feminei ſexus, duris in cautibus, altos Per montes naſcuntur, et hinc aconita vocamus.* Dicitur autem κάμμορον, vt antiquo Nicandri interpreti placet, quaſi κακῷ μόρῳ ἀναιρῶν, hoc eſt, ſaeua morte perimens. Quae omnia ideo a me fuerunt adducta, vt quiuis plane intelligat, in alia ab hac longe diuerſa ſignificatione vocem κάμμορον ab Hippocrate fuiſſe vſurpatam. EUST.

k. Apud Hippocr. in libro περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρ. habetur hic locus: ſic autem legitur in Aldina editione: Τὰς δὲ πυρώσιας ποτοῖσι καὶ ῥυφήμασιν ὥσπερ τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ Φαρμάκῳ ἐκλύειν, καμμάρῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ· Καὶ ἐπὴν ναυτιῶτο τῷ ψυκτηρίῳ, θερμαντηρίοισι χρῷ ἐξῆς· ἐπὴν δὲ μὴ παύηται, ψυκτηρίοισι πάλιν χρῆσθαι. Sed obſeruandum eſt hic Erotianum, ſi modo carent mendo exemplaria, καμμόρῳ per ο non per α ſcribere, eamdem vero ſcripturam exſtare apud Galenum. ST.

l. Videtur deſiderari verbum aliquod in hac parentheſi. ST.

ποκράτης, λέγων, ἐὰν μὴ, τὰ ψύχοντα προσάγειν. [m] Ἐφ' ἱδρῶσι δὲ [1] παραλαμβάνει [2] Στράττιν ἐν κυνηγοῖς λέγοντα. Διόδωρος ὁ γραμματικὸς καὶ Ζήνων ὁ [3] Ἡροφίλειος τὸ Κάμορον, Κάμμορον, ἢ Κάμαρον φασὶ καλεῖν τὸ κώνειον τὸς ἐν Ἰταλίᾳ [4] Δωριέας, οἷον κακόμοιρόν τι ὄν. Ἀμεινον δὲ οἶμαι ἀναγεγραφέναι τὸς περὶ τὸν Ξεῦξιν, εἶτα καὶ Ζήνωνα. Εἰκὸς γὰρ, [5] τὸ Κάμμορον φάρμακόν τι ψυκτικὸν εἶναι, ἢ τάχα τὸ κώνειον. Καὶ γὰρ τοῦτο τῶν [6] ψυχροτάτων ἐστὶ καταπλασμάτων. Ὁ γὰρ Λύκος τέλεον πεπλανῆται, τὸ Ἱπποκράτες ὡς εἶδος τῶν ψυχόντων τὸ Κάμμορον εἰπόντος. Προθεὶς γὰρ, καὶ τὰς κοιλίας, καὶ τὰ ἐξοφθήματα, ἐπήνεγκεν, ὡς τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν, ἢ καμμόρῳ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ. Ὡς τὸ καμμόρῳ ἐν τοῖς ψυκτικοῖς ὄντος. Ὁ γὰρ συνδεσμὸς οὐκ ἄνευ [7] διαζευκτικοῦ κεῖται. [8] Προθεὶς γὰρ τὸ ψυκτήριον ἢ καμμόρῳ πέρας, οὐ παύεται, [9] ἀλλ' ἐπιφέρει, καὶ ἐπὴν μὴ λύσῃς τῷ ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ, θερμαντηρίῳ χρῶ. Ἴδοι γὰρ, [10] εἰ τὸ κάμμορον ἔλεγεν, ἐπενεγκεῖν, οἷον καμμόρῳ. Τίνα δὲ λόγον ἔχει ἐπὶ πυρετῶν ἀλειπτηρίας παραλαβεῖν αὐτό; [n] τῆς Λύκε φρενὸς ἔργον εἶπεν.

[o] Καλῶς) ἀντὶ τοῦ εὐπρεπῶς.

Κε-

[1] παραλαμβανέει *MS. D.* [2] Στράτην *MS. D.* [3] Ἡροφίλος *MS. D.* [4] Δωριέσας *MS. D.* [5] τι κάμμαρον *MS. D.*

m. Pro ἐφ' ἱδρῶσι quin reponendum ſit aliud vocabulum non dubito, ſed quodnam, aſſequi coniectura non poſſum. ST.

n. Quid haec verba ſibi velint non intelligo. At ſi pro εἶπεν legatur εἰπεῖν, aliquem ſenſum elicere poſſe mihi videor: vt videlicet hoc dicat Erotianus: Hoc dicere, eſt mentis Lyci opus. Quaſi dicat: Ad reſpondendum huic quaeſtioni mentem Lyci habere oporteret. Poteſt eſſe et alius ſenſus, nimirum hic: Mentem Lyci difficile fuerit explicare. Sed hic poſterior minus mihi placet priore, qui tamen et ipſe parum arridet. Ac maiorem quamdam depravationem loco ſubeſſe, facile mihi

igitur Hippocrates dicens: ſi frigida non adhibueris in ſudoribus, ſume Strattim, in venatoribus dicentem. Diodorus Grammaticus τὸ κάμαρον, et Zeno Herophilius κάμμορον, vel κάμαρον inquiunt Dorienſes, qui Italiam incolunt cicutam appellare, tanquam ſit aliquid κακόμορον, hoc eſt, mortem malam afferens. Melius autem ſcripſiſſe exiſtimo Zeuxim, et poſtea Zenonem. Rationi enim conſentaneum eſt τὸν κάμμορον refrigeratorium quoddam pharmacum eſſe, vel fortaſſe cicutam: etenim haec in multo refrigerantium malagmatum numero eſt. Nam Lycas a veritate prorſus aberrauit, quum dicat Hippocrates κάμμαρον refrigerantium quamdam ſpeciem eſſe; addens enim et ventres, et ſorbitiones, intulit febrem refrigeratorio pharmaco diſſoluere, vel καμμόρῳ, vel alio eiuſmodi, tanquam κάμμορον in refrigeratoriis ſit. Coniunctio enim non ſine diſiunctione ponitur. Quum vero addiderit, refrigeratorium, vel cammorum, finem non facit, ſed infert: et poſtquam non diſſolueris pharmaco refrigeratorio, vtere calido. Oportebat enim, ſi dixiſſet cammorum (nempe eſſe calidum) addidiſſe, videlicet, vtere cammoro. Quamnam autem rationem habet in febribus vnguenta aſſumere, hoc dicere eſſet forte opus mentis Lyci.

Καλῶς) id eſt, decenter.

O 5 Κε-

[6] ψυχόντων *MS. St. et Chart.* [7] διαζωτικῇ *vulgg.* [8] προσθεὶς γὰρ τὰς *MS. D.* [9] ἀλλ' *omittitur in vulgg.* [10] εἰς *vulgg.*

mihi perſuadeo: ſcimus enim Φρενὸς poeticum eſſe vocabulum. Sed forſitan ex hoc verbo ſuſpicabitur aliquis eſſe factam ad aliquod poetae cuiuſpiam dictum alluſionem. ST.

o. Primo de morb. vulg. com. 2. t. 63. p. 304. v. 44. Quibus quidem καλῶς bene ac large ſanguis per nares erupit. Et v. 45. Et nullum noui, qui in hac conſtitutione mortuus eſſet, ſi καλῶς recte ipſi ſanguis profluxiſſet. Et t. 68. p. 305. v. 20. Neque vllam mortuam noui ex his, quibus aliquid horum καλῶς probe factum eſſet. Et com. 3. t. 18. p. 307. v. 33. de

p [1] Κενεὼν) τὸ ἀπὸ τῶν πλευρῶν μέρος ἕως τῶν λαγόνων.

q Κάπετος) ὄρυγμα, [2] τάφρος. Ἐπὶ μέντοι τῆ ὀργάνῃ τὸ ὄρυγμα δηλοῖ.

r Κοιλίη) πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρία, καὶ ἡ τῆ θώρακος δὲ ἐνίοτε· καὶ ἡ γαστὴρ αὐτὴ, καὶ ἡ [3] τῶν ἑλκῶν κοιλότης.

Κρά-

[1] κενεὸν *mauult Foes.* [2] τάφος *MS. D.* ἡ τάφρος *Chart.*

de Philisco: Vesperi ab infuso per clysterem adhibito, καλῶς bene habuit. Et t. 28. p. 310. v. 21. de Dromeadae vxore: Altera a rigore die, stercora ab aluo καλῶς bene prodibant. Et libro tertio com. 1. t. 17. p. 319. v. 31. Ab aluo stercora καλῶς probe prodierunt. Et libro septimo p. 367. v. 27. de Philistidi Heraclidae vxore: Quarta sanguis ex sinistra nare καλῶς probe fluxit. Vtitur Hippocrates hac voce saepissime, praesertim vero in libro de superfoetatione. Primo de morb. mul. p. 255. v. 36. Et libro secundo p. 273. v. 41. et p. 274. v. 35. EUST. Addi possunt quae apud Foes. p. 363. leguntur.

p. Secundo progn. t. 1. p. 403. v. 22. de aquis inter cutem: Incipiunt autem pleraeque ex κενεώνων laterum mollitudine, et a lumbis, aliquae vero etiam ab hepate. In cuius com. Galenus inquit: Verisimile est, omnes eas partes κενεῶνας appellari, quae inter extremam thoracis costam, et coxendicis ossa continentur, siquidem tota illa regio inanis videtur, si eam tum inferioribus, tum superioribus vtrisque ossibus compararis. Tertio de art. t. 74. p. 489. v. 43. Et coguntur iuxta κενεῶνα lateris mollitudinem, aut iuxta elapsum articulum, muti ac obliqui esse. Quem locum Galenus exponens ait: Ilia autem vocat κενεῶνα eam regionem intelligens, quae est inter ossa coxarum, et costas nothas, quae omnino sine osse est. Secundo de officina medici t. 16. p. 503. v. 29. Conuenit autem in humero quidem circumductio circa alteram alam, in inguine vero circa ἕτερον κενεῶνα alteram lateris mollitudinem. Quae verba Galenus exponens, inquit: Vocatur autem κενεὼν, quod inter thoracem est, et os, quod ad ilia pertinet: ita dictum propterea quod inane sit, hoc est, desideat. Vtitur autem hac voce Hippocrates saepissime. Libro de septimestri partu p. 45. v. 15. de abortu.

De

Κενεὼν) a coſtis pars vſque ad ilia.

Κάπετος) foſſa, ſepulchrum, in organo quidem ὄρυγμα, id eſt, effoſſionem ſignificat.

Κοιλίη) omnis latitudo ſub ſepto tranſuerſo; aliquando vero latitudo thoracis, quandoque et venter ipſe, et vulnerum concauitates.

Κρά-

[3] τῶν ἐντέρων *mault Foeſ. quoniam* κοιλίη *nullibi pro vlcerum cauitate ap. Hippocr. legatur.*

De oſſium natura p. 58. v. 47. Secundo de morbis p. 153. v. 28. De internis affectionibus p. 192. v. 20. et p. 196. v. 48. De nat. mul. p. 214. v. 3. et p. 215. v. 2. et v. 24. Primo de morb. mul. p. 233. v. 24. et p. 246. v. 28. Et libro ſecundo p. 265. v. 7. et 24. Primo de morb. vulg. com. 2. t. 67. p. 305. v. 11. Et libro ſeptimo p. 351. v. 48. de Polycrate. Secundo progn. t. 2. p. 403. v. 23. In coac. praen. p. 438. v. 5. 6. 8. In mochlico p. 508. v. 18. Ac etiam in multis aliis locis. EUST. Vide Foeſ. p. 333. Celſus L. II. c. 2. interpretatur *ilia*.

q. Quarto de art. t. 52. p. 498. v. 43. Poſtea ſufficit quidem in dimidia ligni parte: nihil tamen vetat etiam per totum, velut καπέτας foſſas longas quinque vel ſex, quatuor digitorum ſpatio inter ſe diſtantes inciſas eſſe. In cuius commento Galenus inquit: Foſſas dixit καπετὰς, quod verbum non pauci ex veteribus Graecis in eadem ſignificatione acceperunt. Id mutuatur nunc Hippocrates tranſlatione vſus ad ea caua ſignificanda, quae in ſcamno ea de cauſa fiunt, vt illis obiici vectes poſſint. Et t. 53. p. 499. v. 3. Ob hoc enim etiam αἱ κάπετοι foſſae inciſae ſunt. Et t. 58. p. 499. v. 31. Et ex καπέτων foſſa conueniente ſulcito, contra obnitatur. EUST. Hippocr. de artic. ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τῦ ξύλυ. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτας μακρὰς πέντε ἢ ἕξ, διαλειπούσας ἀπ' ἀλλήλων τέσσαρας δακτύλυς. In quem locum Galenus annotat, multos quidem ex veteribus καπέτας dixiſſe τὰς τάφρυς, ſed Hippocratem hic metaphorice vti hoc nomine ad ſignificandas concauitates inciſas βάθρῳ, ad ſuſtinendos palos. ST. Foeſ. teſtatur, Paulum καπέτας vocare, ἐπιμήκεις τάφρας, oblongas quaſdam foſſas, aut caueas, et τὸ ὄργανον ſcamnum Hippocraticum eſſe affirmat.

r. Pro aluo ſine aliqua adiunctione multis in locis ab Hippocrate vſurpatur. Libro de dentitione p. 53. v. 41. Quibus

s 1 Κραδίας) οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς 2 φύλλα, οἱ δὲ, τὰς κλάδους.

t Κατατάσιας) τὰς καταθέσεις.

Κεά.

1 δρᾴδης *MS. D.*

Quibus ἡ κοιλίη aluus multum profluit. Et v. 43. His κοιλίη aluus fupprimitur. Et in eodem loco, ἡ κοιλίη aluus amplius fubducitur. Secundo de diaeta p. 96. v. 30. et p. 98. v. 3. et v. 7. Et tertio de diaeta p. 103. v. 39. et p. 105. v. 40. Quarto de morb. p. 172. v. 1. 3. 4. Et p. 173. v. 39. Et p. 175. v. 6. 16. et 18. Libro de affect. p. 180. v. 48. Primo de morb. vulg. com. 2. t. 65. p. 304. v. 49. Primo aphorifm. t. 15. p. 390. v. 36. αἱ κοιλίαι. Et libro fexto t. 20. p. 398. v. 23. Si in τὴν κοιλίην ventrem fanguis praeter naturam effunditur. In cuius expofitione Galenus ait: Quidam fine articulo κοιλίην ventrem fcribunt, volentes omnem fignificari cauitatem, quibus adftipulatur, quod praeter naturam adiicitur: per quam adiectionem tale quiddam oftendit Hippocrates, fi vnquam fanguis a propria cauitate in aliam quamcumque cauitatem peruenerit, vt fanguis permaneat, eft omnino impoffibile. Sumitur etiam fine aliqua adiunctione pro ventriculo, et eft tertia fignificatio ab Erotiano hic recitata. Libro de affectionibus p. 184. v. 7. Et corpus liqueſcit, dum fimul cibi per multum tempus ἐν τῇ κοιλίῃ in ventre non concoquuntur, et fimul a τῆς κοιλίης ventre calido praeter naturam caleſcit. Primo de diaeta p. 84. v. 14. Plurimus enim humor in ea parte ineſt, quae κοιλίη venter appellatur. Et v. 20. Κοιλίην ventrem quidem maximum, ficci et humidi promtuarium, vt det omnibus et accipiat ab omnibus. Quarto de morb. p. 171. v. 41. Quod videlicet in paribus diebus trahit corpus de τῆς κοιλίης ventriculo, in imparibus vero dimittit. Secundo de humoribus t. 37. p. 116. v. 19. Quemadmodum terra ſtercorata hyeme calida eſt, ita etiam ἡ κοιλίη ventriculus. In quo loco Galenus inquit: Apud Hippocratem eſt ſuperior venter, et inferior: ac quandoque veteres medici, thoracem, ſuperiorem ventrem nominantes, vniuerſum vas alimenti, quod poſt ſeptum tranſuerſum collocatum eſt, ventrem inferiorem appellant. Quandoque etiam ventrem ſuperiorem vocant eum, in quem cibos deglutimus: interdum vero ea, quae poſt illum ſunt omnia, ac ventrem quidem infe-

Κράδας) nonnulli ficus folia, nonnulli vero ramos interpretantur.

Καταστάσιας) repositiones.

Κέα-

[a] *φίλα MS. D.*

inferiorem nuncupant, interdum fola inteſtina craſſa: ſed ſunt etiam, qui ſolum colon inferiorem ventrem dici velint. Hoc vero loco non dubium eſt, quin ventrem inferiorem vocet id vaſculum ſolum, quod alimenta excipit, in quo concoctiones fiunt. Reperio hanc vocem etiam cum adiectione ἄνω et κάτω vſurpatam: Libro de affectionibus p. 184. v. 30. Τὴν δὲ κοιλίην venter autem curetur, τὴν τε ἄνω tum ſuperior, tum τὴν κάτω inferior. Libro de carnibus p. 42. v. 5. In maxilla venae ſunt, et hae huic oſſi ſoli, inter omnia oſſa, ex κάτω κοιλίῃ inferno ventre alimentum praebent. Tertio de diaeta p. 103. v. 15. Libro de flatibus p. 119. v. 23. Quarto de morbis p. 172. v. 1. Libro de affectionibus p. 184. v. 5. 18. Pro latitudine thoracis cum adiunctione dictionis ἄνω accipitur. Libro de affect. p. 184. v. 4. de lienteria: Morbus autem fit, quum ex capite, et τῆς ἄνω κοιλίης ſuperiore ventre, pituitae defluxus ſit in ventrem κάτω inferiorem. Et v. 15. Et oportet ipſos ſic ſanare, ita, vt defluxum a capite, et τῆς ἄνω κοιλίης ſuperiore ventre intercipias. Septimo aphoriſmorum t. 38. p. 399. v. 47. Deſtillationes in ἄνω κοιλίην ventrem ſuperiorem in viginti diebus ſuppurantur. In cuius com. Galenus inquit: Κοιλίην ἄνω ventrem ſuperiorem nunc nominat, qui a thorace praefinitur, quem pulmo obtinet. At vero pro vulnerum concauitatibus hanc vocem ſimplicem non reperi, ſed compoſitam. Libro de vulneribus capitis p. 448. v. 1. Sed et in circulum ὑπόκοιλα ſubcaua (ſcilicet vlcera) et ſuppurata magis fiunt. Libro de vlceribus p. 513. v. 30. Ex vlceribus rotunda, ſi ὑπόκοιλα ſubcaua fuerint, excidere oportet vndiquaque in orbem ea, quae diſceſſerunt. EUST. V. Foeſ. p. 345.

s. Libro de ſuperfoetatione p. 52. v. 11. Potes et κράδης ramulorum fici corticem deraſum, ac tenuiter tritum admiſcere. Libro de vlceribus p. 515. v. 1. Κράδης fici, dum ſucculenta eſt, corticem viridem, in vino tritum immittito. EUST.

t. Primo de fract. t. 1. p. 456. v. 23. Oportet medicum, et luxationum, et fracturarum καταστάσιας extenſiones quam directiſſimas facere. Et

[u] [1] Κεάξαι) δῆσαι.

[x] Κυκλέοντα) περιειλῶντα καὶ περιερχόμενον.

[y] Κατανύσσεις) κατατείνεις.

Κατηπορήθη) ἠδυνατώθη.

[z] Κρέμα) [2] κρέμασον.

[a] Κομψεύομενος) πανεργεύομενος. Ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν πανεργίαν [3] Κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ σφεβλὸν, Κομψόν. Ὡς καὶ Εὐριπίδης.

Κατα-

[1] *κεάσσαι apud Hipp.*

Et libro tertio t. 38. p. 468. v. 19. Quibus vero ossa fracta, et extra eminentia, in suam sedem collocari non possunt, his haec κατάτασις restitutio debetur. In cuius expositione Galenus ait: Solent Graeci, qui Asiam incolunt, vsurpare verbum κατασῆσαι, vt significent in suam sedem collocare. Vnde mihi videtur Hippocrates ducere nomen κατασάσεως, per σ tertiam syllabam scribens: sic, vt idem significet, quod καθίδρυσις, quod vocabulum nihil aliud sibi vult, quam aliquid in suam sedem collocare: quam rem κατάσασιν dixit. Male igitur scribunt nonnulli κατάτασιν absque σ, non enim per intentionem, quam κατάτασιν notat, sed et per impulsum nudata ossa in suum locum reconduntur. Quarto de artic. t. 47. p. 498. v. 25. Sed enim in κατατάσει extensione deficiunt. Et t. 48. v. 38 et 39. Sic igitur κατάτασιν extensionem ad pedis partem praeparatam facere oportet. Sed et in alteram partem κατάτασιν extensionem non solum ex deligatione circa pectus et alas in contrarium extendere oportet. Ex quibus patet aut Erotiani exemplar esse depravatum, aut eius expositionem cum Galeni sensu non conuenire. EUST.

u. Foes. p. 330. locum indicari dicit περὶ γυν. L. II. p. 276. 11. et 278. 33.

x. Referenda haec sunt ad L. de fract. p. 753. D. ἔπειτα ἄτως ἐπιδεῖν τοῖσιν ὀθονίοισιν ὡς ἐναλλάξ, ὅτε μὲν ἐπὶ δεξιὰ, ὅτε δὲ ἐπ' ἀριστερά. Καὶ τὰ μὲν πλείω κάτωθεν ἀρχόμενος, ἐς τὸ ἄνω ἄγειν. Ἔξι δ' ὅτε καὶ ἄνωθεν ἐς τὸ κάτω. Τὰ δὲ ὑπόξηρα ἀκέεσθαι τοῖσιν σπληνέσι κυκλῶντας τῷ δὲ πλήθει τῶν περιβολέων μὴ πᾶν ἀθρόον ξυνδιορθῶντα ἀλλὰ κατὰ μέρος. Corruptus omnino est hic locus, nec enim numero ac casu conueniunt ἀρχόμενος, κυκλῶντας et ξυνδιορθῶντα: quod sensisse videtur librarius codicis

Κέαξαι) ligare.

Κυκλέοντα) circumuoluentem, et circumeuntem.

Κατανύσσεις) contendis.

Κατηπορήθη) debilitatus eſt.

Κρέμα) ſuſpende.

Κομψεύομενος) doloſe agens. Siquidem Attici fraudem κομψείαν, et fraudulentum κομψὸν appellant, vt eſt apud Euripidem.

Κατα-

[2] *κρέμασαι ap. Hippocr. et Foeſ. cenſet eum legiſſe κρέμα.*
[3] *κομψίαν MS. D.*

codicis Medicei, qui ξυνδιορθῶντας dedit. Ego vero perpetua Hippocratis conſuetudine, qui haec in accuſatiuo ſingulari ponere amat, et Erotiani auctoritate fultus, emendo ἀρχόμενον et κυκλεῦντα. HER.

y. Sequitur κατανύσσεις· κατατείνεις, quod aegre ſe tuebitur; κατανύσσειν enim eſt *compungere*, non *extendere*. Hinc emendandum puto κατανύσῃς· κατατείνῃς: vt referatur ad L. de fract. p. 761. G. ἐπὴν δὲ ἱκανῶς κατανύσῃς, ῥηϊδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν. Vide etiam p. 765. B. Καταταναύειν idem plane eſt ac κατατείνειν, quum et ſimplicia τανύω ac τείνω idem notent. V. Foeſ. in κατατείναι. HER. Vide Foeſ. p. 319. κατανύσσειν etiam eſt pungendo fodicare, vt bene ibi monitum.

z. Quarto de artic. t. 43. p. 497. v. 47. Ex pedibus hominem ad tranſuerſam mediae domus trabem κρεμάσαι ſuſpendere oportet. Et t. 44. p. 498. v. 5. Omnia vero haec ſupino iacenti ipſi praeparentur, vt quam breuiſſimo tempore κρέμηται pendeat. Et t. 45. pag. ead. v. eod. Poſtquam vero κρεμασθῇ ſuſpenſus fuerit. Et v. 8. Rectus adſtans, ad corpus κρεμαμένῳ ſuſpenſi, de repente ἐκκρεμασθέντα ſe appendens, ſublimis, et aequabiliſſime dependeat. Et v. 10. Nam et ipſum corpus κρεμάμενον ſuſpenſum, ſua ipſius grauitate extenſionem facit, et is, qui ἐκκρεμασθεὶς appendet, vna cum extenſione, femoris caput ſuper acetabulum eleuari cogit. Et t. 64. p. 500. v. 48. ἐκκρεμάσαι. Et p. 501. v. 4. Primo de art. t. 14. p. 473. v. 18. 19. κρέμα tamen nuſquam reperi. EUST. Vide Foeſ. p. 353. Locus ſubindicatur in L. de arte p. 583. 26. et p. 653. 45.

a. Quarto de artic. t. 43. p. 497. v. 47. Si quis talium rerum κομψεύομενος iactatione

[b] Κατατεῖναι) ἐκ ἐπὶ τῆς τάσεως [1] ὁ Ἱπποκράτης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς καταθέσεως· ἐξ ὧν φησι, Τὸν δὲ ἄνθρωπον, πυρίην γὲ ἢν ἐνδέχηται, πολλῷ θερμῷ λεῦσαι. κἄπειτα [2] πρηνῆ κατατεταμένον. Τετέσι [3] κατακεκλιμένον. Μικρὸν δὲ ὑποβὰς, φησὶν, Ἔπειτα αἱ ἀρχαὶ πρὸς ξύλον ὑπεροειδές τι προσδεδέσθωσαν, ἁρμόζουσαι τὸ μῆκος τῷ ὑποτεταμένῳ. Τετέσι τῷ ὑποκειμένῳ. Καὶ ἐν τῷ Περὶ ἀγμῶν, ὅταν [4] λέγῃ, [5] Γνώμῃ δ' ἂν τις τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα κατατείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. Καὶ νῦν τὸ κατατείνας ἀντὶ τοῦ σχηματίσας [6] τέθεικε, καὶ τὸ καθεὶς ὑπτίαν αὐτήν. Τάσιν γὰρ ἐπιτηδείως χειρὸς ἐκ ἂν εὐχερῶς δύναται ποιῆσαι.

[c] [7] Καταναισιμᾶται) καταναλίσκεται.

[d] Καταναγκάζεται) ἐκβιάζεται.

Κιγκλι-

[1] *Verba* ὁ Ἱπ. τίθησιν ἀλλ' ἐ. κατ. *desunt in MS. D. sed in margine leguntur.* [2] πρινὴ *MS. D.* [3] κατακεκλημένον *vulgg.* [4] λέγει *MS. D.* [5] γνοίη *vulgg.*

ne superbire velit. In cuius com. Galenus ait: Qui cum ostentatione aliquid efficiunt, ab Atticis κομψεύεσθαι dicuntur: quemadmodum nunc ab Hippocrate, qui ostentationem exprimere volens, vsus est verbo κομψεύομενος. Quae expositio cum Erotiani sensu non conuenit. EUST. Vide Foes. p. 347. qui et Scholiasten Aristophanis laudat, quocum consentit Hesychius.

b. Tres loci ab Erotiano adducti, in Hippocratis codice parumper diuerse leguntur, quorum primus est in tertio de articulis t. 49. p. 486. v. 42. Secundus in eod. textu v. 47. Tertius in primo de fract. t. 13. p. 457. v. 16. In quibus Germanus interpres vertit, extentum; extensionem; extendatur. Vtitur etiam hac voce Hippocrates in multis aliis locis. Primo de fract. t. 16. p. 457. v. 30. et t. 32. p. 458. v. 6. Primo de art. t. 12. p. 473. v. 2. 7. 8. 13. et t. 19. p. 473. v. 46. Et t. 48. p. 476. v. 18. 19. Et libro tertio t. 49. p. 487. v. 5. 11. EUST. V. Foes. p. 324.

c. Galenus in Exeg. habet καταναισιμᾶται. Libro de glandulis p. 56. v. 37. Κατανασιμᾶται consumitur enim tum multa, tum modica in ipsas glandulas (scilicet humiditas). Et p. 57. v. 27. Sed et haec tota (scilicet humiditas) ἀπανασιμᾶται consumitur, similiter velut superior.

Κατατείναι) Hippocrates non vtitur hac voce pro extenſione, ſed pro collocatione; hoc ex his patet: Hominem vero ſi ſuſceperit fomentum, multa calida lauare, deinde pronum κατατεταμένον extentum, hoc eſt, collocatum. Et paulo inferius inquit: Deinde principia alligentur ad lignum piſtilliforme congrua longitudine τῷ ὑποτεταμένῳ extenſo, hoc eſt, ſubiacenti. Et in libro de fracturis quum dicit: Cognoſcet autem quis ipſius manum κατατείνας extendens, quam moleſta ſit figura, et nunc hoc κατατείνας pro σχηματίσας poſuit, hoc eſt, cum aliqua figura diſponens, et locans ipſam ſupinam. Poſitionem enim manus apte non facile poteſt efficere.

Καταναsιμᾶται) conſumitur.

Καταναγκάζεται) vim facit.

Κιγκλι-

[6] τέθηκε *vulgg.* [7] καταναsιμᾶται *Euſt. et Foeſ.* καταναισιμᾶται *Chart.*

perior. EUST. Apud Hippocratem autem legitur καταναsιμᾶται, in libro περὶ ἀδένων, in editione Aldina, καταναsιμᾶται γὰρ καὶ τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τὰς ἀδένας. At Galenus habet καταναισιμᾶται, quae certe lectio aliorum etiam teſtimonio confirmari poteſt: nam in Lexico vocabulorum Herodoti, quod Galeni Exegeſin proxime ſequitur, habes ſimplex ἀνασιμᾶν expoſitum δαπανᾶν et ἀναλίσκειν. Apud Heſychium autem invenitur et nomen ab eo derivatum ἀναισιμώματα, quod explicatur ἀναλώματα. ST. V. Foeſ. p. 319. Suidas αἰσιμόω ſic explicat.

d. Secundo de fract. t. 10. p. 460. v. 12. de luxatione oſſium pedis. Vnum quodque in ſuum locum ἀναγκάζειν cogere oportet. In cuius com. Galenus ait: Compellere autem Hippocrates dixit, ἀναγκάζειν, vel vt alia exemplaria habent, καταναγκάζειν, quod idem ſibi vult, ac ſi dicat, os ſuo loco motum reſtituere. Libro de genitura p. 29. v. 39. Et ferme omnia naſcentia ſic habent, quomodo quis ipſa καταναγκάσῃ cogat. Libro de ſeptim. partu p. 44. v. 31. Et quadraginta dierum afflictionem perferre ἀναγκάζονται coguntur. Libro de octim. partu p. 46. v. 48. Ἀναγκάζεται, coguntur enim multa in pauco tempore aſſumentes, ac perferentes, multum aegrotare.

e [1] Κιγκλισμὸς [2] ἀκρωμίης) ἀντὶ τῦ κίνησις τῦ [3] ἀκρωμίε. Κίγκλος δέ ἐσιν ὀρνέε εἶδος πολυκινήτε καὶ πολυταράχε.

f Κραίνεσι) κυριεύσι, βασιλεύσι.

g Κυφῦται ῥάχις) κυρτῦται.

h [4] Κλέπτεται ἡ ῥαφὴ) ἀντὶ τῦ [5] παραλογίζεται. Ὡς καὶ ἐν ἐ Ἐπιδημιῶν φησὶν, Ἔκλεψαν δέ με τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ τῦ βέλεος ἐν ἑαυταῖς τὸ σῖνος ἔχεσαι.

i [6] Καμπυλεύεθαι) κάμπτεθαι.

Κατά-

[1] καικλησμὸς *MS. D.* [2] ἀκρομίης *MS. D.* [3] ἀκρομίε *MS. D.*

grotare. Et p. 47. v. 17. Ὡς δὲ ἀναγκάζεθαι, vt cogantur prae ingestorum copia. Primo de art. t. 20. p. 474. v. 2. Et postea ad alteram partem manum καταναγκάζειν deorsum cogere vna cum ligno. Et t. 21. p. ead. v. 13. Idem facies, si super scalam καταναγκάζειν vim adhibeas. Et t. 22. p. ead. v. 16. Et ad alteram partem corpus καταναγκάζειν deorsum cogere. Et t. 62. p. 477. v. 13. Καταναγκάζειν cogere deorsum tamen os supereminens oportet. Et t. 65. p. ead. v. 42. Vt supereminentem partem, καταναγκάζειν deorsum cogat. Et v. 44. Supereminentia deorsum καταναγκάζεθαι cogunt. In Mochlico p. 507. v. 31. καταναγκάσαι. Et p. 508. v. 17. καταναγκάζεσι. EUST. Cf. Foes. p. 318.

e. Galenus in Exeg. habet κιγκλισμὸς motio breuis, continuata, ἀπὸ τῦ κίγκλε a cinclo animali facta vox. Primo de art. t. 67. p. 478. v. 17. Paruus enim est κιγκλισμὸς motus articuli in pectore. In cuius com. Galenus ait: Exiguum motum vocauit κιγκλισμὸν, at siue vocabulum sumatur a motacilla aue, quae graece κίγκλος dicitur, eo quod assidue caudam moueat, siue a quouis alio, non pertinet ad hunc locum. In com. vero t. 69. subiungit: Quemadmodum in praecedentibus verbis κιγκλισμὸν dixit parvum motum, nunc πλόωδης ἐσὶ, quod supernatat. Quarto de art. t. 46. p. 498. v. 17. Sed ex modica extensione, quantum manibus directio fieri potest, et κιγκλίσμος ex exigua motione. Quem locum exponens Galenus inquit: Ante κιγκλισμὸν masculino genere dixit, nunc feminino κίγκλισιν, quod vocabulum διακίνησιν, id est, exiguum motum significat. Quae omnia cum expositione Erotiani parum quadrant.

EUST.

Κιγκλισμὸς ἀκρωμίης) id eſt, motus acromii.

Κιγκλὸς) vero eſt auis ſpecies valde mobilis, et quae facile perturbatur.

Κρατέουσι) dominantur, regnant.

Κυφῶται ῥάχις) id eſt, curuatur.

Κλέπτεται ἡ ῥαφὴ) id eſt, decipit, vt ait in quinto de morbis vulgaribus, ἔκλεψαν, deceperunt mentem meam futurae continentes in ſe laeſionem iaculi.

Καμπυλεύεσθαι) flecti.

[4] *συγκλέπτεται mauult Foeſ.* [5] *παραλογίζεσθαι MS. D.* [6] *καμπυλέεσθαι mauult Foeſ.*

KUST. Hipp. in libro de artic. μικροῦ γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τῇ ἄρθρῳ τῇ ἐν τῷ ϛήθει. Vbi Galenus itidem κιγκλισμὸν exponit κίνησιν, ſed tamen in ſua Exegeſi γλωσσῶν Hippocratis, non ſimpliciter κίνησιν, ſed βραχεῖαν συνεχῆ κίνησιν. Idem vero in com. in librum de artic. κιγκλίσιν, ſicut κιγκλισμὸν, ait nominari τὴν βραχεῖαν κίνησιν. ST. V. Foeſ. p. 337. qui et ad Theocrit. Idyll. V. prouocat.

f. Galenus in Exeg. exponit, deſinunt. Tertio de art. t. 33. p. 485. v. 29. Item quibus inuolucris ipſa medulla intecta ſit, et vnde profectis, et vbi κραίνεσι deſinentibus, et quibuſcum communionem habentibus. In cuius comm. Galenus inquit: Huiuſmodi autem ligamenta non ſecus atque ipſa medela ad imam ſpinam ſiniuntur. Finitis Hippocrates dixit κραίνεσι, ſicut Poeta quum inquit: Εἴπερ δὴ κραίνέω γε καὶ εἰ τελεσμένον ἔσαι· *Si modo perficiant iſthaec, finemque ſequantur:* Ego, vt verum fatear, pro dominari hanc dictionem nuſquam apud Hippocratem vſurpatam fuiſſe reperio. KUST. V. Foeſ. p. 552. et Hom. Odyſſ. Υ'. v. 391.

g. Tertio de artic. t. 6. p. 484. v. 3. Et quibus quidem κυφῶται ῥάχις gibba ſit ſpina, dum pueri ſunt. In libro de articulis pluries reperitur κύφον et κύφωσις. KUST. V. Foeſ. p. 367.

h. Locus ab Erotiano adductus, eſt in quinto de morb. vulg. p. 338. v. 21. Ἔκλεψαν deceperunt enim mentem meam futurae, habentes in ſe ipſis iaculi laeſionem. Libro de vulner. cap. p. 448. v. 22. Συγκλέπτουσι fallunt enim et mentem, et viſum medici αὗται αἱ ῥαφαὶ hae futurae, fiſſurae ſpeciem referentes. KUST. V. Foeſ. p. 341.

i. Diuerſo modo reperio ſcriptam

[k] Κατάπηροι) καταβεβλαμμένοι. Πηροὶ γὰρ λέγονται οἱ ἐπισινεῖς.

[l] Κόκκαλος) ὁ τρόβιλος.

[m] Κεκρύφαλος) [1] κροκύφαντος. Ἔστι δὲ τοῦτο [2] κεφαλοδέσμιον. Ὡς καὶ Ὅμηρος, Ἄμπυκα κεκρύφαλόν τε, ἠδὲ πλεκτὴν [3] ἀναδέσμην.

[4] Κεκράκται) φωνητικοί.

g. Pro inflammatione tonsillarum hanc vocem ab Hippocrate fuisse vsurpatam nusquam reperio. Galenus in Exeg. habet σπογγοὶ tonsillae in faucibus, vt in quarto de morb. vulg. sc. p. 328. v. 41. Erant autem et raucosi, et fauces inflammatae, καὶ οἱ σπόγγοι καλεόμενοι, et glandulae istic spongiae appellatae intumescebant. Ad aliarum rerum naturam explicandam, vsum fuisse ea voce Hippocratem non me latet. Libro de vet. med. p. 11. v. 27. et 40. de figuris corporis: Aliae rarae et hiantes, aliae σπογγοειδέα spongiformes et molles, vt lienis, pulmo et mammae. Libro de glandulis p. 56. v. 21. Natura ipsis est σπογγῶδες spongiosa. Libro de nat. ossium p. 59. v. 18. de renum substantia: Σπογγοειδὲς spongiforme enim est ipsorum corpus ad vesicam. Et p. 61. v. 38. de pulmone: Venis talibus existentibus, et viscere σπογγοειδέος spongiformi, ac multum humorem suscipere potente. Primo de morb. mul. p. 248. v. 14. de splene: Vt qui rarus est, et σπογγοειδὴς spongiformis. Septimo de morb. vulg. p. 365. v. 2. de Nicolai filio: Quarta ab aqua mercurialis egessit stercoracea et liquida, oletula, submucida, σπογγοειδέα spongiosaque demisit. Sic Caluus vertit; nam Germanus interpres has duas dictiones praetermisit. EUST. Excipiunt se inuicem apud eum: Σπογγοειδές. Σκεθρή. Σαπρά. Horum prius σπογγοειδὲς cum Foesio refero ad epid. L. IV. p. 1121. E. posterius σαπρὰ ad initium L. V. p. 1142. G. vbi legitur: ἀλλ' οἰδέσσα σαπρὴ ἐγένετο: et paulo post: τῷ δὲ Φοίνικι ἐξετμήθη κύκλος σαπρός. Vtrumque locum respexisse videtur, notans σαπρὰ, σεσηπότα, namque et alibi accidit, vt capiti Glossae praefigat non proprie eum casum, qui apud Hippocratem reperitur, sed alium. Hinc vero concludo intermedia στλεγ-

νίδα

Σπογγοειδὲς) ſic appellat inflammationes, quae fiunt circa pariſthmia cum lentiſſima quadam febre. Nonnulli vero et vlcera furfuracea in capite. Alii vero tumores quaſi fungoſos et habentes quaedam foramina.

[2] *χανοτάτη ſupraſcr. υ MS. D.*

γίδα et σκεδρὴ epid. L. IV. reperiſſe Erotianum, quod confirmat Heraclides ipſi adductus: quum enim ille ἐν β' Ἐξηγητικῷ τῆς δ' Ἐπιδημίας de voce στλεγγὶς egerit, quid potius ſtatuemus, quam eo libro, et quidem longiuſcule ab initio quaerendam eſſe? toto vero libro perlecto, nihil quo commode referatur, inuenio, niſi hunc locum, corruptiſſimum procul dubio p. 1133. Ἀσθματώδει οἰκέτιδι, ἔνθα ὅταν ἐταγγεία ἡμορράγησε· τοῖσι ἐπιμηνίοισι ἐγένετο δὲ ἄσθματα. Ἐκεῖνα ἐπαύσατο. πυρετὸς ἐγένετο. μαζὸς ἐνεπύησεν ἀριστερὸς ὕπερθεν, καὶ ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἕς. Pro ἐταγγεία Foeſ. coniecerat ἔτ' ἀγγεῖα; et ἀγγεῖα illud arripuit etiam Lindanus, qui more ſolito ſua pro Hippocrateis audacter obtrudit. Ego ex ΣΤΛεΓΓΙΔΑ, littera ε oculos fugiente ΕΤΑΓΓΙΔΑ, ac dein ἐταγγεία ortum puto: quin ſi in loco deplorato audacius coniectare licet, lubens hic legerim: Ἀσματώδει οἰκέτιδι, ἐπάνω τῶν ὤτων κατὰ ϛλεγγίδα ἡμορράγησε τοῖσιν ἐπιμηνίοισι. Ἐγένετο δὲ ἄσθματα, vel ſi hoc diſplicuerit, ἔνθα τὴν ϛλεγγίδα εἶχεν ἡμορράγησε τοῖσιν ἐπιμηνίοισι. Senſus in vtraque lectione erit idem: paſſam nempe hanc puellam puto id, quod ſaepius obſeruarunt medici, vt nempe menſtrua arctis nimis ac impeditis conſuetis viis, aliorſum ferantur, et haemorrhagias per nares, vel alibi producant: puto igitur, hanc de qua loquitur Hippocrates periodico menſtruorum tempore haemorrhagiam paſſam in capite eo loco, vbi ϛλεγγίδας geſtare conſueuerant. Hinc quoque facile explicatur aſthma illud, periodicum vt videtur, ortumque a ſanguine menſtruo verſus ſuperiora determinato, atque hinc pulmonem opprimente: quin et hoc confirmare videtur, quod ſub finem addit, καὶ ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἕς, nempe ἐνεπύησεν, vnde ſc. patet ſanguinem impetu verſus caput latum, ibi abſceſſum excitaſſe, vnde nihil mirum ſi menſtrua quoque eamdem viam inſtiterint. Iam vero admiſſo hoc ſenſu, neceſſario ſimul probabitur explicatio Heraclidae Tarentini, quam reiiciebat Erotianus: nec enim video, quomodo

h [1] Στλεγγίδα) Ἡρακλείδης μὲν ὁ Ταραντῖνος διὰ τοῦ ε [2] γράψας στρεγγίδα ἐν β' Ἐξηγητικῷ τῆς δ' [i] [3] Ἐπιδημίας, χρυσᾶ φησὶ [4] τενίδια εἶναι, οἷς χρῶνται τινὲς τῶν θεωρῶν. Οὐ κατὰ λόγον νοήσας. Οὐ γὰρ διὰ τοῦ ε', ἀλλὰ διὰ τοῦ λ' γράφεται· καὶ ἔκ ἔστι [5] χρυσοῦν τενίδιον, ὡς αὐτὸς οἴεται, ἀλλ' ἡ συνήθης ξύσρα· καθὼς καὶ Μένανδρος μέμνηται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων.

k [6] Σκεθρὰ) [1] ὁμοία.

Σα-

[1] *στεγγίδα MS. D.* [2] *γράψαι MS. D.* [3] *Quidam β'. ἐπιδημίας. at ἐπιδημίων ex coni. St.*

do posterioris sententia, qua στλεγγίδα, vulgarem strigilem explicat, subsistere possit: nec facile reiicienda Heraclidae auctoritas, medici magni nominis, et inter Empiricos facile principis. Videsis de eo D. Cleric. Hist. Med. P. II. L. II. c. 7. aduocat eum ipse quoque Erot. in Praefat. et magni facit Galenus. Vide Cler. l. c. Sed alii forte feliciores erunt in hoc loco constituendo. HER.

h. In quibusdam codicibus perperam legitur στεγγίδα. Tertio de rat. vict. morb. acut. t. 51. p. 376. v. 18. de balneo: Debent celeres perfusiones fieri et spongiis vtendum est pro στλεγγίδος strigili. EUST. Sed pergamus. Στλεγγίδα etc. Ita Erot. quae verba planissima sunt, nisi quod pro τενίδια et τενίδιον legendum ταινίδια et ταινίδιον, prout citari video a magno Casaubono ad Athen. L. XV. c. 4. Στλεγγὶς praeterquam quod *strigilem* denotat, saepe etiam significat *taeniam, qua caput euincire solebant.* Hoc ornamentum θεωροῖς tribuit Heraclides, i. e. vt Eustach. et Foes. accipiunt, illis qui publicitus missi oracula consulebant. Vide Erot. in Θεωρός, verum non his peculiare fuit hoc gestamen: quippe Scholiast. Aristoph. Foesio adductus, et ex eo Suidas, notant στλεγγίδα esse χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν γυναικῶν. Ἔλασμα vocant, quod Heraclides, ταινίδιον, et potuit vtrumque obtinere, vt nempe opulentiores laminis aureis hunc in finem vterentur, quae, quod figura incurua strigilem referrent, στλεγγίδες dictae sunt; cetera vero taeniis deauratis, vel et alius coloris. Ita Pollux L. VII. s. 179. ἔστι δὲ καὶ ἕτερόν τι στλεγγὶς, δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι: vnde liquet non semper aureas fuisse, quod

Στλεγγίδα) Heraclides quidem Tarantinus cum ϱ ſcribit στρεγγίδα in ſecunda explicatione quarti de morbis vulgaribus, dicit eſſe quaſdam faſcias aureas, quibus vtuntur nonnulli τῶν θεωρῶν, hoc eſt, oraculi conſultores: quod non recte intellexit. Neque enim per ϱ, ſed per λ ſcribitur, et non eſt faſciola aurea, vt ipſe opinatur, ſed conſuetus ſtrigil, ſicut et Menander meminit, et antiquorum reliqui.

Σκεθρὴ) ſimilis.

X 5 Σα-

[4] τετνίδα *MS. D.* [5] χρυσᾶ *MS. D.* [6] σκεθρὴ *MS. D. et Euſt. ſic et quaedam exempl. Hipp. verum vitioſe.*

quod recte monuit Caſaub. l. c. Locus Athenaei hic eſt: ἐν ταύτῃ (agit de Promachiis, feſto Laconum,) συμβαίνει τὰς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καλάμῳ στεφανοῦσθαι ἢ στλεγγίδι, τὰς δ' ἐκ τῆς ἀγωγῆς παῖδας ἀστεφανώτους ἀκολεθεῖν: quae verba et ipſa docent, non ſemper e materia pretioſa paratas fuiſſe τὰς στλεγγίδας. Lenas olim in theatrum inducebant purpurea taenia redimitas. Poll. L. IV. ſ. 120. Αἱ δὲ μαστροποὶ, ἢ μητέρες ἑταιρῶν, ταινίδιόν τι πορφυροῦν περὶ τὴν κεφαλὴν ἔχουσιν, iure hoc lenarum ornamentum στλεγγίδα πορφυρέαν dixeris, ſed his miſſis, agamus quod inſtat. Culpat Heraclidem Erotianus, quod στρεγγίδα ſcripſerit per ρ: recte puto, niſi tamen in vitioſum exemplar inciderit, et ſic iniuria eum criminetur. Verum id maioris momenti, quod Heraclidis explicationem penitus reiiciat, et quum ille capitis faſciam intelleXiſſet, ipſe vulgarem ſtrigilem intelligat. Arbitrium interponere non licet niſi inſpecto loco Hippocratis, quem Gloſſa hac reſpexerat Erotianus. HER. Vide Ariſtoph. Scholiaſt. in ἱππεῦσι p. 222.

i. Legitur etiam β' ἱπιδημιας, fortaſſe autem ἐπιδημιῶν ſcribendum eſt. ST.

k. Galenus in Exeg. exponit diligenti. Primo de morb. mul. p. 236. v. 26. His igitur conſideratis, et animaduerſione σκέθρῃ diligenti expenſis, totum etiam corpus inſpicito. Quae interpretatio cum Erotiani expoſitione non conuenit. Vide infra in annot. dictionis σκεθροτέρης. EUST. Vide Foeſ. p. 570.

l. Non dubito quin corruptum ſit ὅμοια, ſed quid pro eo reponi poſſit non video. Quod autem ad σαπρὰ attinet, male poſt ὅμοια ponitur, quaſi vnum ex iis nominibus, quibus σκεθρὰ explicatur.

Eſt

[m] Σαπρὰ) σεσηπότα. Ὡς καὶ Ἱππώναξ ἐν ἀ [1] Ἰάμβων φησὶ, [n 2] μαδῶντα δὴ καὶ σαπρόν.

[o] Σῖτος πονηρὸς) νῦν τὸν σῖτον ἀντὶ τῆς κοπρίας τέταχε.

[p] Στενυγρῶσαι) [3] ἀποσεγνῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ ἐν ᾧ ἡ ὑγρασία ἐστί.

Σκελε-

[1] *Ἰάμβῳ MS. D. et Euſt.* [2] *μυδῶντα reponit St.*

Eſt enim vocabulum Hippocratis, quod per participium *σεσηπότα* exponitur. Ideoque ſcribendum Σαπρὰ) *σεσηπότα*. ST. Quod etiam vidit Euſtachius, quocum conſentit Iunta; vulgg. priori addunt.

m. Secundo de diaeta p. 96. v. 42. de carnibus: Verum antiqua, et *σαπρὰ* marcida, magis quam recentia aluum mouent. Primo de morbis p. 133. v. 21. de ſuppuratis: Purulento pulmone, ac *σαπρῷ* putrido facto (ſcilicet, perit). Et libro ſecundo p. 144. v. 36. In naſo mucus craſſus, ac *σαπρὴ* putridus fuerit. Primo de morb. mul. p. 251. v. 29. de vlceribus vteri: Et breui *σαπρὰ* putrida fiunt. Quinto de morbis vulg. p. 335. v. 12. Verum Phoenici circulus *σαπρὸς* putridus exſectus eſt. Et p. 338. v. 12. de Malienſe: Et ad oſſa procedebat *σαπρὰ* putrida. Et p. 339. v. 13. de Ariſtionis ſerua: Et oſſa *σαπρὰ* putrida abſceſſerunt. Et libro ſeptimo, p. 366. v. 48. de Anaxenore: Liuefacta ſunt omnia circumcirca, et *σαπρὰ* putrida videbantur. Tertio de fract. t. 45. p. 469. v. 1. Et quibuſdam quidem ex veteri vulnere aliqua oſſa *σεσάπρισαι* emarcuerunt. Et v. 5. Aliqua eo quod diſcedunt reſiccata, et *σαπρὰ* marcida fientia, deſquamantur. In cuius com. Galenus ait: Oſſa, quae putreſcunt *σεσάπρισαι* dixit, verbo ducto a nomine *σάπρα*· nominant autem quaecumque corrupta ſunt *σαπρὰ*, idque non recte, quaecumque enim et vetuſta et diuturna ſunt, ab ipſo dicuntur *σαπρά*. In expoſitione etiam t. 20. libri ſecundi ait: Vocat item Hippocrates carnem, quae putreſcit, *σαπρὰν*, *μυδῶσαν*, *σηπομένην*, atque aliis etiamnum vocabulis. Libro de vlceribus p. 515. v. 48. Myſi quam leuiſſime tritum inſpergito in ea, quae humida ſunt, et *σαπρὰ* putrida. EUST.

n. Repono *μυδῶντα*. Nam *μαδῶντα* longe aliud ſignificare ſcimus, et apud Galenum legimus, *λέγει ἔν αὐτὸς καὶ σαπρὰν σάρκα καὶ μυδῶσαν καὶ σηπομένην*. ST.

o. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 32. p. 369. v. 37. Et-

enim

Σαπρὰ) putrida, ſicut et Hipponax in primo Iambo inquit: humectantem, et σαπρὸν, hoc eſt, putridum.

Σῖτος) nunc σῖτον pro ſtercore poſuit.

Στενυγρῶσαι) areſacere, et conſtringere aliquem locum, in quo humiditas eſt.

Σκελι-

[3] ἀπὸ στεγνῶσαι *MS. D.*

enim verbi cauſa quibus σῖτος cibus intus incluſus eſt, ſi quis non facta deorſum euacuatione, ſorbitionem dederit, etc. In cuius com. Galenus ait: Σῖτον cibum dixit, quod ἀπὸ τῶν σιτίων a cibariis in inteſtinis continetur excrementum, quod Graeci σκύβαλον et κόπρον, id eſt, ſtercus appellant. Et in ſexto de morb. vulg. com. 1. t. 5. et 6. p. 343. v. 19. In renem dolor grauis, quum implentur σίτῳ, cibo, etc. Galenus in com. ait: Dolores autem eo potiſſimum tempore in renibus excitari dicit, quo replentur σίτῳ cibo. Quumque duo ab hac voce σῖτος cibus apud ipſum ſignificentur: in vtroque ſignificatu veridica oratio eſt: ſiue de aſſumtis cibariis, ex quibus ſanguinis multitudo creatur, ſiue de alimenti recrementis, quae in inteſtinis colliguntur, intelligas. Nonnumquam enim et iſta cibos nuncupat, vt in libro de rat. vict. in morb. acut. ita inquiens: Quibus enim σῖτος cibus in inteſtinis occluſus eſt, etc. EUST. Vide Foeſ. p. 568. Eadem ſignificatione eſt, apud Aretaeum de cur. acut. L. II. c. 4. παλαιοὺς σῖτος.

p. Galenus in Exeg. exponit, in anguſtum redigere: aliqui vero claudere humorum exitus, et arefacere. Sexto de morb. vulg. com. 2. t. 1. p. 344. v. 1. Dilatare, στενυγρῶσαι conſtringere, alia quidem, alia vero non. In cuius com. Galenus ait: Secundam ſyllabam huius vocis στενυγρῶσαι cum tenui ſpiritu, non cum denſo, legendam eſſe: neque enim cum hac dictione ὑγρὸν, vt quis forſan putare poſſet, compoſita eſt, nam ignorat iſte ab Ionibus στενὸν, id eſt, anguſtum, στενυγρὸν appellari. Huius autem rei teſtis locuples Simonides fuerit in his carminibus ita ſcribens: *Non ſane quiſquam ſic vmbroſis in montibus Vir leonem timuit, neque pardalim, Solus* στενυγρῷ *anguſto occurrens in tramite.* Quo in loco στενυγρῷ idem ſignificat, quod στενῷ arcto. Primo de artic. t. 66. p. 478. v. 8. Nam ſedes intercluditur, et lintea in hac στενυχωρίῃ loci anguſtia aceruata fiunt. Quem locum Galenus exponens ait: Loci anguſtiam dixit στενυχωρίην,

q [1] Σκελεφρές) τὰς λεπτὰς καὶ σκελετώδεις.

r [2] Στόμαχος κύστεως) [3] ἔτως καλεῖ τὸν τῆς κύστεως τράχηλον, καὶ τὸν τῆς μήτρας ἐν ᾧ Γυναικείων στόμαχον καλεῖ.

Συναυσκήσει) συναρμόσει.

s [4] Στερίφνες) πυκνάς. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι φησὶ — — στερίφνοι γέροντες, περίνινοι, ἀτέραμνοι, μαραθωνομάχαι, καὶ σφενδάμνινοι.

Σομ-

[1] σκελειφὰς *MS. D. sed supraſcr.* ε. σκελιφρὰς *Euſt. et Iunta.* σκεληφρὰς *vulgg.*

χωρίην, quod nomen, vt quibuſdam placet, non componitur ex vocabulis ὑγρὸν, στένος et χώρας, quae ſignificarent humidum anguſtum locum: ſed deducitur a voce στενυγρὸν, quae nihil amplius ſibi vult, quam στενὸν, quod ſignificat anguſtum: vnde quadam additione, (quam figuram παραγωγὴν dicunt) deducitur στενυγροχωρίη, quae nihil aliud ſibi vult, quam anguſtiam: quod ex iis euidenter colligitur, quae Simonides in ſupradictis carminibus ſcribit: Effertur autem ſecunda ſyllaba tenui ſpiritu. Et libro tertio, t. 8. p. 484. v. 10. de ſpina gibba: Multam igitur στενοχωρίην anguſtiam faucibus exhibet etiam hoc os intro vergens. EUST. Vide Foeſ. p. 586.

q. Galenus in Exeg. exponit, aridus, contractuſque. Libro de internis affect. p. 208. v. 11. de typho: Verum non intumeſcit, ſed tenuis, et σκελιφρὸς aridus eſt ac debilis. Libro de vulneribus, in ea parte addita, quae eſt pars libri de aere et aquis, p. 453. v. 4. Homines autem vegetes, et σκελιφρὲς ſiccos eſſe neceſſe eſt. Primo de art. t. 28. p. 474. v. 47. Et humidis ac excarnibus minus inflammantur, quam σκελιφροῖσι ſiccis ac carnoſis. EUST. Vide Foeſ. p. 570. Heſych. explicat, οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι.

r. Haec vox Galeno teſte, quarto de vſu partium c. 1. ſignificat cuiuſlibet ventris aut caui ceruicem praepoſitam inſtar iſthmi: in eaque ſignificatione antiquitus fuit vſurpata. Poſt Ariſtotelis vero ſeculum, vt idem Galenus teſtatur, libro quinto de locis aff. c. 4. ad οἰσοφάγον, id eſt, gulam dumtaxat, haec ipſa tranſlata eſt. Deinde ſua aetate, vt ipſe ibidem teſtatur, ad os ventriculi, quod veteres καρδίαν dixerunt, tranſferri coepit. Libro de aere, locis et aquis, in ea parte,

Σκελιφρὲς) graciles et inſtar ſceleti.

Στόμαχος κύσεως) ſic appellat collum veſicae: et collum vteri, in primo de morbis muliebribus ſtomachum appellat.

Συναρκήσει) hoc eſt, συναρμόσει, coaptabit.

Στεριφνὲς) ſtrictos ſeu difficiles, et Ariſtophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι. Στεριφνοὶ γέροντες, hoc eſt, moroſi et difficiles ſenes, duri, indomiti, Marathoni pugnatores, funditores.

Σομ-

[2] στόμαχον *MS. D.* [3] ἔτω *MS. D.* [4] σρυφνὲς *exempl. ap. Hippocr.*

parte, quae in impreſſis codicibus in calce libri de vulneribus capitis poſita eſt, p. 456. v. 4. de calculo: Neque στόμαχος τῆς κύσεος ſtomachus veſicae valde coardeſcit. Et v. 7. στόμαχος ipſius inflammatur. Et v. 12. Et quum vrinam emittit, ad τὸν στόμαχον τῆς κύσεος ſtomachum veſicae allabitur ab vrina impulſum. Primo de morb. mul. p. 235. v. 10. Vteri converſi ad κύσεος τὸν στόμαχον veſicae ſtomachum adlabuntur. Vaticanus codex legit τὸ στόμα os. Accommodat etiam Hippocrates hanc vocem collo vteri; Libro de ſuperfoetatione p. 48. v. 24. Quum pueri capite ex στόμαχε ſtomacho apparente, reliquum corpus procedere non vult. Et v. 25. ac 29. Et p. 49. v. 38. et 46. Et p. 51. v. 33. Primo de morb. mul. p. 232. v. 37. Maxime quum μήτρᾳ vteri ad στόμαχον ſtomachum, qui neruoſus eſt, mulieri allapſi fuerint. Et p. 234. v. 19. Et p. 242. v. 38. Obtorquetur enim στόμαχος τὴν αἰδοίην, ſtomachus pudendi vel vteri, vt Germanus interpres vertit. Et p. 255. v. 30. 32. Et libro ſecundo p. 286. v. 34. Libro de ſterilibus, p. 292. v. 14. Et v. 16. Aut labium τῆς στομάχου ſtomachi ſibi ipſi incubuerit. Et v. 21. 22. et 39. Et p. 293. v. 10. Et p. 298. v. 21. EUST. Vide Foeſ. p. 289.

s. Hanc vocem non inuenio, ſed σρυφνὲς, libro de ſalubri diaeta t. 6. p. 25. v. 41. Τὲς δὲ σρυφνὲς verum duros et graciles, fuluos ac nigros humidiore diaeta maiore temporis parte victitare oportet. In cuius com. Galenus inquit: In libris de temperamentis, duros, quos σρυφνὲς, et graciles, quos προσεσαλμένες vocat: ſicut etiam nigros, ſicciore temperamento eſſe docuimus. EUST. V. Foeſ. p. 586. idem eſt ac σέρφνιος.

t Σομφόν) το χαῦνον.

u Σπεῖσαι) ποτίσαι.

x [1] Σικυώνην) τὴν ἀγριον συκῆν.

y Σοφίην) ὁτὲ μὲν τὴν τέχνην, ὁτὲ δὲ τὴν [2] περιεργίαν. Νῦν μέντοι τὴν τέχνην δηλῶν, φησὶ, σοφίην παιδεύεται.

z Σκέπαρνος) εἰδός ἐστι δεσμοῦ ὁ σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος πλάγιος δεθῇ. Μαρτυρεῖ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ [3] τῶν Κατ' ἰητρεῖον, λέγων, Ἔστι γὰρ ὁ σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος ἐπιβάλλων αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ [a.4] σχισμὴ, κλάσιν τινὰ [5] ποιῇ καὶ γωνίαν· οἷον ὅταν [6] ὀρθόλοξον ἐπιδεθῇ.

Συνο-

[1] σικύην mauult Foes. [2] περιεργείαν MS. D. [3] ἰητρίον MS. D. εἰς τὸ κατ' Ἰητρ. Foes.

t. Libro de locis in homine p. 64. v. 3. In nares autem non ineſt foramen, σόμφον δὲ οἷον σπογγία verum mollis laxitas velut ſpongia. In epiſtola ſecunda ad Damagetum p. 530. v. 29. Qui partim a σομφῆς laxa irruente terra oppreſſi ſunt. Secundo de morb. p. 147. v. 19. haec vox idem, quod obſcure, ſignificat. Vbi vero, inquit, reſpirationem facit, retrocedit: et loquitur σομφὸν obſcure, ſed non clare. EUST. Vide Foes. p. 576.

u. Heſychius explicat ἐκχύσαι, προσενέγκαι, θῦσαι θεῷ.

x. Vide Foes. p. 566.

y. Locus quem citat Erotianus, eſt in libello de arte, p. 1. v. 14. Potens autem ob σοφίην artem, ἣ πεπαίδευται qua eruditus eſt. EUST. V. Foes. p. 577. in voc. σοφιζόμενοι ἰητροὶ.

z. Galenus in Exeg. habet σκεπαρνηδὸν, effracte ſiue aſciatim: nam σκέπαρνος ipſe, faſcia, a fabrilibus aſciis nominatus eſſe videtur. Tertio de fract. t. 21. p. 467. v. 1. de faſcia: Et deinde σκεπαρνηδὸν aſciatim alternatione ipſorum facta, initia dimittere. In cuius expoſitione Galenus ait: Eſt σκέπαρνος aſcia, breuis ille circuitus, qui rectus incipiens, ad latus attrahitur, nondum eſt obliquus, definitque ad ſimilitudinem aſciae, qua fabri vtuntur, nam quae a recta linea paululum recedens curuatur, vnde nomen aſciae traxit. Secundo de art. t. 39. p. 481. v. 48. de fractura naſi: Ex deligationibus autem haec maxime varia eſt, et quae plurimas σκε-

πάρνας

Σομφὸν) laxum.

Σπεῖσαι) irrigare.

Σικυώνην) agreſtem ficum.

Σοφίην) aliquando quidem artem: aliquando vero curioſitatem. Nunc autem artem ſignificans, inquit, σοφίην παιδεύεται, artem docetur.

Σκέπαρνος) ſpecies vinculi eſt ὁ σκέπαρνος, quum vinculum oblique ducitur. Teſtatur autem Aſclepiades in expoſitione libri, qui officina medica inſcribitur, dicens: Eſt enim ὁ σκέπαρνος quando vinculum ſibi ipſi incumbens inſtar χ efficit quamdam flexionem et angulum, ſcilicet quum ſimul rectoblique ligatur.

Συνο-

[4] σχιζόμενος *MS. D.* χιαζόμενος *St. et Foeſ.* [5] ποιεῖ *MS. D.* [6] ὀρθόλοξος *St. et Foeſ.*

πάρνας aſcias habeat, et interruptiones. Vbi Galenus inquit: Σκέπαρνον aſciam appellat, vbi faſcia a tranſuerſo circuitu recedens, paululum reclinatur, vt ſupra oſtenſum eſt. Secundo de officina medici t. 11. p. 503. v. 13. Species vero hae ſunt; ſimplex, rotunda, in orbem, σκέπαρνον aſcia. In cuius com. Galenus dicit: Quin σκέπαρνον id eſt aſciam intelligat, quod ſcilicet paululum inclinat. Aſciam enim fabri dicunt inſtrumentum quoddam extrema parte, qua ligna incidunt, modice incuruum, et labroſum in ſpeciem labri. Ab Hippocrate quidem appellatur σκέπαρνον, id eſt aſcia, genus quoddam circuitus ipſorum linteorum, namque vbi praecipit, vt panni in aſciae figuram imponantur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui fabrorum aſciae modo declinat. Non enim cenſet pannos ita oblique circumponendos, vt ab orbiculari circuitu nimium abſint, ſed paululum declinent, ſic vt fideliter comminuta oſſa contineant. EVST.

a. In MS. αὐτὸς ἑαυτῷ, χιαζόμενος. Fortaſſe pro σχιεζόμενος ſcribendum eſt χιαζόμενος. Galenus certe σκέπαρνον ait vocari ἐπίδεσμον τὸν ἐγκεκλισμένον ὀλίγον ἐπ τῆς ἐγκαρσίας ἐπιβολῆς. Vbi animaduerte ἐπιβολῆς nomen verbale ab ἐπιβάλλω, quo Erotianus in eiuſdem vocabuli expoſitione vtitur. Sciendum eſt item ὀρθόλοξος in aliis codicibus haberi. ST.

b [1] Συνοχωκὸς) συνοχὴ, καὶ σύνοδος, καὶ οἷον σύμπτωσίς τις. Ὡς καὶ Ὅμηρος φησὶ, Κυρτὼ ἐπὶ ϛήθει συνοχωκότε.

c [2] Σίδας) τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμματος.

d Σαυρίδιον) ἣν ἔνιοι Καρδαμίδα καλοῦσι. Καρδάμῳ ἐοικυῖαν. Ἔϛι δὲ θερμαντικὸν τὴν δύναμιν.

e Σκύτα) τὸ μεταξὺ τῶν τενόντων καὶ τῆ τραχήλῳ. Ὡς Πετρώνιος ἐν κάρῃ φησὶν, αἰγάδες [3] ὑπέκνεον. Καὶ πάλαι τὰ σχήματα εὐθὺς ἰδὼν καὶ τὰ σκύτα. Καὶ Ἀρχίλοχος, λέγων, πῶς ἀπέπρησε τὰν σκύταν. Τινὲς δὲ φασὶ σκύτα λέγεσθαι τὸν νωτιαῖον μυελόν. Οἱ δὲ, τὸ ἰνίον. Οἱ δὲ τὸν μεταξὺ τῆ μετώπῳ, καὶ τῶν ὀφρύων [4] τόπον. Ὅπερ ἐπισκύνιον καλοῦμεν. Τίνες δὲ σκύτα εἶπον τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα. [5] Παρ' ὃ καὶ [6] ἡ Σκύτος εἴρηται.

f [7] Σκηρὸν καὶ σπογγῶδες) ἀντὶ τοῦ χαυνόσομφον.

g [8] Σπερχνόμενος) οἱ δὲ χωρὶς τοῦ ν' σπερχόμενος. Ἔϛι δὲ ἐπειγόμενος.

Συριγ-

[1] *συνοχωκὴ Euſt. et Iunta. συνοκοχῆς καὶ συνόδε legendum putat Foeſ. et reliqua verba καὶ οἷον σύμπτωσίς τις aliunde aſcita videntur, et in aliis exemplaribus deſiderantur.* [2] *σίδης, quaedam exempl. et Euſt.*

b. De nat. oſſium p. 59. v. 39. de venarum diſtributione: Ramos a ſeipſa habet iuxta vnamquamque coſtam extentos, iuxta naturam, vſque ad pectoris *συνοχωκῆς* commiſſuram. Locus, quem ex Homero citat, eſt in ſecundo Iliad. de Terſite: Φολκὸς ἔην. χωλὸς δ' ἕτερον πόδα. τῷ δὲ οἱ ὤμῳ κυρτῷ. ἐπὶ ϛῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὕπερθεν. *Strabo erat. claudus autem altero pede, et ipſius humeri Gibboſi, ad pectus contracti, et deſuper.* EUST. Repone *συνοχωκὴ*. Hipp. de nat. oſſium καὶ ἀποσχίδας ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει παρ' ἑκάϛην πλευρὴν παρατεταμένας κατὰ φύσιν ἄχρι ϛήθεος συνοκωχῆς. ST. Vide Foeſ. p. 599.

c. Galenus in Exeg. habet *σιδιοειδεῖς*, luteas, qualis eſt granati mali cortex. Septimo de morb. vulg. p. 352. v. 24. de Pythodoro: Decoctum *σιδίων* malicorii ſedauit ipſas. Libro de vlcerib. p. 514. v. 36. Sicca vero ſint, flos aeris, myrrha, *σίδιον αὖον* malicorium ſiccum. EUST. V. Foeſ. p. 565.

d. Ga-

Συνοχωκὴ, συνοχὴ, καὶ σύνοδες) concurſus, et quaſi contractio, ſicut et Homerus inquit: Gibboſi ad pectus συνοχωκότε contracti.

Σίδης) corticis mali Punici.

Σαυρίδιον) quam nonnulli καρδαμίδα appellant, naſturtio ſimilem, facultate calefactiuam.

Σκύτα) partem, quae eſt inter tendines et ceruicem, vt Petronius in Care inquit: αἰγάδες ὑπέκνιον, καὶ πάλαι τὰ σχήματα εὐθὺς ἰδὼν καὶ τὰ σκυτά. Et Archilochus inquiens: Quomodo ſecuit τὰν σκύταν. Nonnulli vero dicunt σκύταν appellari medullam ſpinalem; nonnulli vero occiput: nonnulli vero ſpatium inter frontem et ſupercilia, quod ἐπισκύνιον appellamus. Nonnulli vero σκύτα dixerunt capitis cutem, vnde ἡ σκύτος dicta eſt.

Σκηρὸν καὶ σπογγῶδες) hoc eſt, fungoſum, molle.

Σπερχνόμενος) nonnulli vero ſine ν σπερχόμενος, eſt autem properans.

Συριγ-

[3] ὑπέκνιον *MS. St.* [4] τόπε *MS. D.* [5] παρὶ *MS. D.* [6] ἡ σκύτη *mauult Foeſ.* [7] *Totum hunc canonem omittit MS. D. at in margine legitur.*

d. Galenus in Exeg. exponit, naſturtium a ſimilitudine figurae dicitur, eadem herba cardamum nominatur. Libro de vlceribus p. 514. v. 15. Σαυρίδιον naſturtium, ſauridion a lacerti ſimilitudine appellatum. Vide Herm. Barbarum c. 168. ſui corollarii. ERST. Vide Foeſ. p. 561.

e. Galenus in Exeg. exponit, quae ſunt in articulo cervicis. Secundo de art. t. 29. p. 481. v. 17. in alia ſumitur ſignificatione. In agglutinando vero, inquit, caro σκύτεος corii ad cutem vergat. In cuius com. Galenus ait: Σκύτος corium ſit ex pelle animalis duplicem naturam habente. Locus Petronii, quem citat Erotianus, ita deprauatus eſt, vt nihil ex eo elicere potuerim, quod ad rem praeſentem faceret. ERST. V. Foeſ. p. 575.

f. Heſych. hanc vocem interpretatur, σκληρὸν, ταχύ.

g. Vide Foeſ. p. 579. Heſych. interpretatur, ταχὺς, σπεδαῖος, ἄγαν ἐγκείμενος πρός τι, ἐπειγόμενος.

h [1] Συριγγῶδες) κατατετρημένον.

i [2] Σάφα) σαφῶς. Ὡς Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ φησὶ, Μέν' ὦ [3] ταλαίπωρ' ἀτρέμα [4] τοῖς ἐν δεμνίοις. Ὀρᾷς γὰρ ἐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

k [5] Σκύλλης τὸν [15] κρῶδες) [6] ἀντὶ τῦ τῆς ἕλζης τὸν χυλόν.

m Συκῆς [7] ἐῤῥιμμένε) τῆς ἀγρίας συκῆς.

n Σπεδὴ) κακοπάθεια. Ὡς καὶ [8] Ὅμηρος, Σπεδῇ τ' [8] ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' [9] ἐκορέσσατο Φοῤβῆς.

o Σειρῇ) τῷ ἱμάντι.

p Σκυτίον ὑποκεφάλαιον) [10] δερμάτινον προσκεφάλαιον, ὅπερ καὶ [9] Πέλβιον.

Σίναι-

[1] συρηγγῶδες *MS. D.* [2] Σάφω *MS. D. supraſcr. α.* [3] ταλαίπωρε *MS. D.* [4] σοῖς *MS. D.* [5] τὸ νηρῶδες *MS. St. et Euſt.* σκίλλης τὸ μυξῶδες *Foeſ.*

h. Libro de carnibus p. 41. v. 17. de corde: Facitque *συριγγῶδες* antroſum. Et p. 42. v. 31. de organo auditus: Iam vero ad ipſum os eſt cavitas *συριγγώδης* antroſa. Libro de corde p. 55. v. 34. de cordis auriculis: Corpuſcula circum ventriculos conſurgunt mollia, *συριγγώδεα* cavernoſa, quae auriculae appellantur. In his tribus locis impreſſi codices ſecundam ſyllabam huius vocis per *α* ſcriptam habent. Quinto de morb. vulg. p. 339. v. 13. de ſerua Ariſtionis: Et oſſa putrida facta abſceſſerunt, et prodibant paulatim *συριγγώδεα* fiſtuloſa. Et libro ſeptimo p. 353. v. 15. de dolore auris filii Cydis: Et *συριγγῶδες* fiſtuloſus et grauis odoris. Et p. 359. v. 28. de tuberculo circa anum Mneſianactis: Erupit ad inteſtinum, et foris *συριγγῶδες* fiſtuloſum fiebat. EUST. Vide Foeſ. p. 600.

i. Tertio de morb. p. 164. v. 24. de pleuritide: Progreſſu vero temporis morbus magis *σάφα* manifeſtus redditur. Quarto de morb. vulg. p. 331. v. 25. Non tamen *σάφα* clare noui. Et libro quinto p. 341. v. 44. de Androphane: Nihil autem poterat *σάφα* clare loqui. Quae verba repetit de eodem, libro ſeptimo, p. 364. v. 23. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 8. p. 368. v. 18. Ceterum numerum ſingulorum membrorum *σάφα* clare pronunciare volentes, non recte ſcripſerunt. Quarto de artic. t. 27. p. 496. v. 1. Verum illud *σάφα* clare noſſe oportet.

Et

Συριγγώδες) perforatum.

Σάφα) manifeſte, ſicut Euripides in Oreſte inquit: Mane miſer quiete tuis in cubilibus: Vides enim nihil eorum, quae opinaris σάφα, hoc eſt, manifeſte videre.

Σκίλλης τὸ νηρῶδες) hoc eſt, ſcillae radicis ſuccus.

Συκῆς ἐρρίμενα) agreſtis ficus.

Σπουδῇ) ingens labor, ſicut Homerus, σπουδῇ, hoc eſt, ingenti labore expulerunt, poſtea ſaturatus eſt pabulo.

Σειρῇ) loro.

Σκυτίον ὑποκεφάλαιον) pelliceum puluinar, quod etiam πόλβιον dicitur.

[6] ἀντῇ *MS. D. ſupraſcr. ι.* [7] ἐρινέᾳ *Geſn.* [8] ἐξήλεσαν *MS. D.* [9] ἐκορέσατο *MS. D.* [10] δρυμάτινον *MS. D.*

Et t. 28. p. ead. v. 8. Σάφα clare enim noſſe oportet. EUST. Vide Foeſ. p. 560.

k. Pro σκύλλης τὸν ηρῶδες lego, σκίλλης νηρῶδες, ſcillae, quod ſuccoſum eſt, νηρὸν enim Varinus interpretatur τὸ κάθυγρον. GESN. Vide Foeſ. p. 575. Et Librum Hipp. de vlceribus p. 516. 12.

l. In MS. τὸ νηρῶδες. Sed legendum ſuſpicor τὸ ὑγρῶδες. ST.

m. Pro ἐρρίμενα lego ἐρινέᾳ. GESN. Vide Foeſ. p. 593.

n. Secundo de morb. mul. p. 267. v. 5. Et quum aliquid σπουδάσῃ feſtinanter egerit, anhelatio ipſam inuadit. Secundo de fract. t. 5. p. 461. v. 5. de luxatione calcis: Pleraque tamen leniter colliduntur, neque magnum σπουδὴ ſtudium et diligentiam exigunt. Locus, quem ex Homero adducit, eſt in libro decimoquinto Iliadis. EUST. Vide Foeſ. p. 581.

o. Secundo de fract. t. 3. p. 459. v. 33. de ligno ſub ala imponendo in repoſitione humeri: Hinc atque illinc σειρῇ catena deligatum, vel loro, vel func, vel habena. EUST. Vide Foeſ. p. 561.

p. Secundo de fract. t. 3. p. 459. v. 36. de fractura brachii: Suppoſito poſtea alio quopiam fulcimento, et σκύτιον ὑποκεφάλαιον coriaceo puluino, vno, aut pluribus ſubiectis. EUST. V. Foeſ. p. 576.

q. Latini puluinum dicunt, pro quo hic ſcribitur πόλβιον. ST.

[1] Σίναιτο) μέμψαιτο, καὶ [2] διαβάλλοι καὶ βλάψοι.

Σεσιοῖ) σεσήποι.

[3] Σεσήρισαι) σεσήπται, ἔφθαρται.

Συνθεῖν) συντρέχειν.

[4] Στρωτῆρα) δοκίδα.

Σαρκάζειν) οἱ μὲν, σαρκῶν, οἱ δὲ περιτείνειν τὸν ἄνω γνάθον. Τῷ εἴδει δὲ κέχρηται ἀντὶ τοῦ γένους. Ἔστι γὰρ εἶδος περιτάσεως τὸ σαρκάζειν.

Στερ-

[1] σινοιάτο ap. Hippocr. [2] διαβάλλει MS. D.

r. Tertio de rat. vict. morb. acut. t. 13. p. 374. v. 39. Talis autem egestio habet quidem et alia magna σίνεα nocumenta. In cuius com. Galenus ait: Est in more positum Hippocratis, vt noxas appellet σίνεα, vt in libris de fract. et artic. ostendimus. Iones enim σίνειν pro laedere dicunt, et noxia saepe σινόμορα ipse vocauit. Secundo de fract. t. 15. p. 460. v. 28. In omnibus circa articulos σίνεσιν laesionibus, multa aqua calida affundenda est. Quo loco Galenus ait: Appellauit autem affectus σίνεα, quoniam affici σίνεσθαι dicit. Et t. 67. p. 463. v. 45. Amplior enim facta (scilicet extensio femoris) nihil σίνοιτο laeserit. EUST. Vide Foes. p. 576.

s. Hanc vocem non reperi, sed σεσηρὸς et σεσηρέναι. Tertio de fract. t. 43. p. 468. v. 46. Coniecturam autem facere oportet iuxta vlceris formam, quo sit quam minimum σεσηρὸς hians, et expansum inter deligandum. In cuius com. Galenus ait: Hians, quod est σεσηρὸς, id est, ringens, de labiis oris dicitur. Hiare seu ringere, id est, σεσηρέναι, labra aperire dicimus, absque vlla mandibulae motione, ita, vt dentes inter se coniuncti appareant. Quae expositio cum Erotiani sensu non conuenit. EUST. Vide Foes. p. 561.

t. Huic Glossae locum non assignauit Foesius, at ope nostrae regulae facile inuenire licet. Vox enim praecedens σεσηρίσαι legitur L. de fract. p. 774. A. Vide quae Foes. in oecon. monuit, sequens στρωτῆρα de artic. p. 783. D. vnde liquet τὸ συνθεῖν vel in libro de fract. vel de artic. quaerendum esse. Ac pertinet omnino ad priorem p. 775. C. vbi legitur: εἰ δὲ ἀναγκάζοιο μὲν ἐμβαλεῖν ἐλπίζοις δὲ ἐμβάλλειν, καὶ μὴ πολλὴ ἡ παραλάξεις ἢ τοῦ ὀστέου, καὶ μὴ συνδεδραμήκοιεν οἱ μῦες,

φιλέσ-

Σίναιτο) reprehenderet, et accuſaret, et laederet.

Σεσιοῖ) putreſceret.

Σεσήρισαι) putrefactum eſt, corruptum eſt.

Συνθεῖν) concurrere.

Στρωτῆρα) trabem.

Σαρκάζειν) nonnulli carnem inducere; nonnulli vero ſuperiorem maxillam extendere. Vſus autem eſt ſpecie generis loco. Eſt enim τὸ σαρκάζειν extenſionis ſpecies.

[3] σεσάπρισαι *Foeſ. ex coni.* [4] ϛρωτῆρα *MS. D.*

Φιλέασι γὰρ ξυνθεῖν καὶ μόχλωσις καὶ τούτοισι μετὰ τῆς κατάτασιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο. Suſpectum Foeſio in his verbis eſt τὸ ξυνθεῖν, nec iniuria; quod vero reſcribere tentat ξυντρέχειν, id optime quidem ſenſum Hippocratis, non autem veram ſcripturam reſtituit: lege igitur ex Erotiano, *Φιλέασι γὰρ ξυνθεῖν*: et habebis ipſam divini ſenis manum. HER.

u. Primo de art. t. 20. p. 473. v. 49. Poſtea inter duas columnas ϛρωτῆρα trabem tranſuerſam probe alligare oportet, et deinde manum cum ligno ſupra ϛρωτῆρος trabem tranſmittere, quo manus ab altera parte ſit, corpus ab altera, ὁ ϛρατὴρ trabs vero ſub ala. Et poſtea ad alteram partem manum deorſum cogere, vna cum ligno circum τὸν ϛρωτῆρα trabem, ad alteram vero reliquum corpus. Ὁ ϛρωτὴρ trabs autem ea altitudine alligetur, vt reliquum corpus eleuatum ſummis pedum digitis innitatur. In cuius com. Galenus inquit: Columnas conſtat ab ipſo ϛύλας appellari, trabem vero, ſiue lignum tranſuerſum, quod ab vna columna ad alteram peruenit, ϛρωτῆρα. BUST. V. Foeſ. p. 592.

x. Galenus in Exeg. exponit, proprie labra mordendo ſubſannare. Hippocrates autem ſummis labiis contractis aliquid euellere. Primo de art. t. 28. p. 474. v. 37. Solipeda animalia, vtpote vtrimque dentata, poſſunt quidem σαρκάζειν dentes inter ſe committere, et ſub breuem herbam dentes ſubiicere queunt. Sic vertit Germanus interpres, alii vero vellere. In cuius expoſitione Galenus inquit: Vellere Hippocrates σαρκάζειν dixit, quo vocabulo nonnulli ſignificari volunt, labra vehementer inter ſe coniungere, ſic vt herbae partem auellant. Alii inferioribus dentibus cum ſuperio-

ri

Στερρωθείη) [1] ὀρθωθείη, φησὶ Βακχεῖος, ἐν γ'.

xx [2] Συμπορσύνει) συνδῶ.

y Συγκλέπτεται ἡ ῥαφὴ) ἀντὶ τῦ παραλογίζεται, ὡς καὶ ἐν ἐ Ἐπιδημιῶν φησὶν, Ἔκλεψαν δέ με τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ τῦ βέλεος ἐν ἑαυταῖς ἔχουσαι τὸ σῖνος.

z [2] Σιναρὸν) σῖνος ἔχων καὶ βλάβην.

aa [3] Σινόμορα) πονηρά. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ σινομεμορῆσθαι.

[4] Σκεθροτέραν) Βακχεῖος ἐν ᾱ φησὶν ἀληθεστέραν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. Κεῖται καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τῦ ἀληθῆς, ὅτε δὲ [5] ἀντὶ τῦ ἀκριβῆς λογισμῦ τὸ σκεθρόν. Ὡς

[1] ὀρθωθεὶς *MS. D.* [2] συνπορσύνοι *MS. D. et Euſt.* [3] σινόμορα *MS. D. et Euſt.*

ri labro idem efficere: nam qui deriderent (σαρκάζοντες graece dicuntur) dentibus labrum mordent. Verum illi quidem ſuperioribus dentibus mordent labrum inferius; animalia vero, quae ruminant, quum inferiorem tantum dentium ordinem habeant, eo ad mordendum vtuntur; ac propterea accipiunt alii vocabulum σαρκάζειν in illis, quae dentes inter ſe committunt, quoniam quae carnem vorant (σαρκοφαγοῦντα vocant) tam ſuperioribus quam inferioribus dentibus vtuntur: atque his videntur fauere verba Hippocratis, quum σαρκάζειν dixerit, non de his, quae ruminant, ſed de his, quae vtrimque dentes habent. Haec quidem paſcere exiguas herbas poſſunt, vt equi, muli, etc. atque ex his, quae ab vna parte tantum ſunt dentata, illa dumtaxat, quibus labri prominentia tenuis eſt: atque idcirco inter animalia, quae herbis veſcuntur, ſoli boues hyeme paſtu indigent: quoniam nequeunt exiguam herbam aut σαρκάζειν, id eſt, dentibus abſcindere, aut labris prehendere. EUST. V. Foeſ. p. 578. qui σαρκάζειν pro σάρκας ἕλκειν ſumi debere exiſtimat, ſi vera eſt lectio.

xx. Vide Foeſ. p. 595. Locus eſt in L. de art. p. 598. 12.

y. Superius in annotatione dictionis κλέπτεται de ſignificatione huius vocis abunde diximus. EUST. Vide Foeſ. p. 341.

z. Sexto de morb. vulg. com. 7. t. 16. p. 349. v. 46. Tuſſes laborioſae contingunt σιναρῶν locos laeſos, et maxime articulos. Tertio de fract. t. 45. p. 496. v. 7. Subnaſcentes enim iuxta σιναρὸν laeſam

Στεῤῥωθείη) dirigeretur, inquit Bacchius in libro tertio.

Συμπορσύνοι) concederet.

Συγκλέπτεται ἡ ἐαφὴ) id eſt, decepit ſutura, vt ait in quinto de morbis vulgaribus, ἔκλεψαν δὲ deceperunt autem mentem meam futurae, iaculi laeſionem in ſe continentes.

Σιναρὸν) nocumentum habens et damnum.

Σινόμορα) noxia. Dicta ſunt autem παρὰ τὸ σινωμεμορῆσθαι, quod eſt foedari.

Σκεθροτέρης) Bacchius in primo, verioris, ſed non recte. Ponitur enim σκεθρὸν aliquando pro veritate: aliquando autem pro diligenti conſideratione, ſicut Euri-

 pides

[4] σκεθροτέρης et ἀληθεςέρης *Euſt. et Foeſ. et Chart.* [5] ἀντὶ τῆς *MS. D.*

laeſam partem carnes, plerumque oſſa ipſa eleuant. Tertio de art. t. 70. p. 489. v. 37. Et propterea multo longius σιναρὸν laeſum crus apparet, quam ſanum. EUST. Vide Foeſ. p. 567. Heſych. exponit τὸ κεκαμμένον καὶ βεβλαμένον.

a. Aliqui codices habent σινόμορα. Galenus in Exeg. interpretatur maligna. In com. vero t. 44. tertii de rat. vict. morb. acut. ait: Noxia σινόμορα vel συνόμορα vel σινάμορα, vt habent alia exemplaria, ipſum vocaſſe. Tertio de art. t. 51. p. 488. v. 17. Quae in repandum emota ſunt, lethalia ſunt, ac σινόμωρα noxia, quae vero in gibbum ἀσινέα innoxia in totum. Et t. 54. p. ead. v. 25. Multa vero etiam alia in medicina quis videre poterit, ex quibus ea quidem, quae fortia ſunt ἀσίνεα innoxia ſunt, per ſe totam morbi iudicationem inducentia: quae vero debiliora σινόμωρα noxia, ita vt et diuturnos morbos progenerent. Σινωμεμορῆσθαι: Aliqui putant hanc vocem eſſe deprauatam, et debere ſcribi σιναμεμορῆσθαι. EUST. Apud Galenum quoque legitur σινόμωρα, et exponitur κακοήθη, item βλαβερά. Habetur autem apud Hippocratem cum alibi, tum in libro de art. Quod vero ad verbum σινωμεμορῆσθαι attinet, pro eo quidam codices σινωμεμονῶσθαι habent, cum manifeſta deprauatione. Qua tamen fortaſſe nec altera lectio prorſus caret. ST. Vide Foeſ.

aa. Tertio de art. t. 60. p. 488. v. 45. Quin et curatione σκεθροτέρης exactiore, tales indigent, ſi modo ſapiunt. Quem

Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν [1] *Ἀλκμαίωνι φησὶ, γυναῖκες ὁρμήθητε, μηδ' ἀτιμίαν σκεθρὴν τὶς ὑμῶν.* [2] *Ταύτης γὰρ σκεθρόβορον ἡμᾶς ἀνάγκη τὸν νομίζοντας τέχνην.*

[b] [3] *Σχάσματα) σπάσματα τὰ ἐκ πληγῆς περὶ τὴν γένυν γιγνόμενα καὶ οἷον ἕρεβλώματα.*

[c] *Σποράδες νᾶσοι) αἱ μὴ ὁμοίαι μὴ δὲ συνεχῶς ἐν πολλοῖς τόποις καὶ ἀνθρώποις γινομέναι.*

[d] [4] *Σπατάλη) τῶν ἅπαξ εἰρημένων. Κεῖται δὲ ἐπὶ διαῤῥοίας.*

Σκα-

[1] *Ἀλκμαιὼν MS. D.* [2] *ταῦτα quaed. exempl. Euſt. et Chart.*

Quem locum exponens Galenus inquit: Exquiſitiorem vbique appellat *σκεθροτέραν*, cui contraria eſt ſimplex, et quaeuis, quam *φαύλην* vocat. Et in com. t. 45. primi de fract. ait: Vocabulo *φαύλου* opponi exquiſitum, quod lones *σκεθρὸν* appellant. Sicut igitur exquiſitam victus rationem *σκεθρὰν* vocat, ita huic contrariam *φαύλην*. Ceterum quem locum citat ex AlcmaeoneEuripidis,quia non exſtat illa tragoedia, reſtituere, quum maxime cuperemus, non potuimus. EUST. In MS. *σκεθροτέρης* et paulo poſt *ἀληθεσέρας*. Reperio autem *σκεθροτέρης* in hoc libro *περὶ ἄρθρων* loco, *ἀτὰρ καὶ Ἰήσιος σκεθροτέρης οἱ τοιῦτοι δέονται, εἰ σωφρονοῖεν*. Vbi Galenus *τὴν ἀκριβεσέραν ἀεὶ λέγει σκεθροτέραν, ἀντικειμένην τῇ φαύλῃ*. ST. Laudat hunc locum Barneſ. ad Eurip. p. 448. *Γυναῖκες ὁρμήθητε μηδ' ἀθυμίᾳ σχεθῇ τὶς ὑμῶν· ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὀ-*

ρᾷν. Paulo corruptius hic locus legitur apud Ioh. Meurſium in *Ἀλκμαίων* ex Erotiano citatus. Vide Foeſ. pag. 570.

b. Libro de vlceribus p. 517. v. 4. Si vero, vbi ſolueris, *σχάσματα* fiſſuras repereris inflammatas, et v. 5. Si vero vlceratae fuerint *σχάσματα* fiſſurae, ac eruperint. Et v. 20. Sin minus grumi in *σχάσμασιν* fiſſuris inhaerent. Et v. 21. Aceto autem omnia talia perluere oportet, et poſtea non humectare, neque in *σχάσματα* fiſſuras decumbere. Et v. 22. Verum aliquo medicamento, cruentis vulneribus deſtinato, *σχάσματα* fiſſuras illinere. Quae expoſitio cum Erotiani ſenſu non conuenit. EUST. In MS. *σχέσματα*, ſed *σχάσματα* legendum apud Hippocratem *ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν*. ST. Vide Foeſ. p. 608.

c. Galenus in Exeg. exponit, differentes, quae non ſunt generis eiuſdem, quaeque

pides in Alcmaeone dicit: Γυναῖκες ὀρμήθητε μηδ' ἀτιμίαν σκεδρὴν τὶς ὑμῶν. Ταῦτα γὰρ σκεδρόβοραν ἡμᾶς ἀνάγκη τὰς νομίζοντας τέχνην.

Σχάσματα) conuulsiones, quae fiunt circa mentum ex percussione, et quasi torturae.

Σποράδες νόσοι) morbi qui non sunt similes, neque continue multis in locis atque hominibus accidunt.

Σπατάλη) ex eorum numero est, quae semel dicta sunt. Posita autem est haec vox in diarrhoea.

[3] *σχέσματα MS. D. MS. St. et Chart. χάσματα ex emend. Foes.* [4] *σπατίλη ex coni. Foes.*

que aliae aliis conueniunt. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 9. p. 368. v. 29. Quum enim non pestilentis morbi modus quis communis grassatus fuerit, sed σποράδεες ἐώσιν αἱ νόσοι sparsi fuerint morbi, et non similes, ab his morbis plures moriuntur. Codex Galeni habet σποράδες. In cuius expositione ipse inquit: His omnibus morbis, id est, epidemiis et endemiis, adversantur σποράδες, hoc est, qui vage homines corripiunt, qui aegros varie fatigant, neque communi modo constant. Sed quid est quod ait: Sed morbi sint σποράδες et similes? contrarium enim erat dicendum, non similes inquam inter se esse, si ipsa vtique morborum similitudine endemum, epidemum, et pestiferum iudicandum putavit. Ergo duorum alterum, vel melior habenda est haec lectio. Sed morbi et σποράδες, et non similes sint, vel oportet, etc. Et in Prooemio primi libri de morb. vulg. in hunc modum scribit: Consueuit autem vtrumque morbi huiusce genus, et commune, et passim grassans nominare, ceteras vero aegritudines σποραδικὰς, hoc est, dispersas, quae, inquam, non multos omnino, sed vnumquemque separatim adoriantur: hoc enim verbo σπείρειν graeci persaepe pro dispergere, atque inter se disiungere vti solent. Qua etiam in sententia Thucydides de iuuenibus dixit: Vere autem alii in alia ciuitatis parte dispersi mortui sunt. EUST. Vide Foes. p. 581.

d. Legendum videtur σπατίλη. Galenus in Exeg. exponit excrementum liquidum. Secundo de rat. vict. morb. acut. t. 22. p. 371. v. 28. de consuetudine: Quod si praeterea coenauerint, ructus acidus, et σπατίλη alui leuitas, vel alui liquida egestio

e [1] Σκαμοειδές) Διοκλῆς ἔτω φησὶ καλεῖσθαι τὸν ἐν [2] ἀντικύρᾳ [3] ἐλλέβορον. Ἕτεροι δὲ πόαν τινὰ ἑτέραν.

f [4] Σπάδων) σπασμὸς σώματος.

g [5] Σικύου πάλης) τῆ ἐκ σικύου γιγνομένου λεπτῆ ἀλεύρου.

h [5] Σκυῤῥωθῶσι) σκληρυνθῶσι, καὶ οἷον σκιῤῥωθῶσι. Ἐπειδὴ τὸν σκίῤῥον σκύῤῥον ὀνομάζει. Ὅτε φησὶ, καὶ ἢν σκυῤῥωθόωσιν, ἄρειον τὰ [6] ῥιμέα προστιθέναι. Ὀδάξοντα γὰρ καὶ λεπτὰ καὶ πυρώδη ἐόντα τὸν σκύῤῥον διακῆ. Ἢν δὲ λαπαχθῆ, μαλακοῖσιν ἰήσασθαι.

Σφα-

[1] σηκαμόειδες *Euſt. quaedam exempl. et Foeſ.* σησαμοειδὲς *ex coni. Foeſ. et ſic vulgg.* [2] ἀντικύρι *MS. D.*

ſtio ſubſequitur. In cuius com. Galenus inquit: Nonnullis eorum, qui ita nutriti ſunt, ait σπατίλην alui leuitatem ſequi, hoc eſt, liquidam deiectionem. Verum in pleriſque exemplaribus non σπατίλην alui deiectionem liquidam ſcriptum reperies, ſed ἄσσην, vt eo vocabulo ῥιπτασμὸν, id eſt, proiectionem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus eſt: corporis, inquam, ob cibi multitudinem ἀσσομένου, id eſt, grauiter moleſteque habentis, atque implacidi, inquietique, dum in lecto iacet, et ſeſe permutantis. EUST. Vide Foeſ. p. 579. Heſych. σπατίλη interpretatur τὸ ὑγρὸν διαχώρημα. Cf. Ariſtoph. Schol. in εἰρήνῃ p. 436.

e. Aliqua exemplaria habent σησαμοειδὲς, et vt iudico, rectius. Quarto de rat. vict. morb. acut. t. 123. p. 384. v. 10. Σησαμοειδὲς ſeſamoides

furſum purgat. Potio eius eſt drachma dimidia in aceto mulſo trita. Quam ſententiam repetit in libello de veratri vſu, p. 534. v. 44. EUST. Legitur etiam σηκαμοειδὲς. At vero apud Hippocratem inuenio σησαμοειδὲς, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξ. νοσ. Ita enim ſcribitur σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει. Sciendum eſt autem in nonnullis codd. legi τὴν ἔναντι κυριελλέβορον, pro quibus repoſui τὴν ἐν ἀντικύρᾳ ἑλλέβορον. Quam lectionem poſtea in aliis exemplaribus offendi. ST. Vide Foeſ. p. 569. et Dioſc. L. IV. c. 152.

f. Σπάσδων. Aliqui codices, et Galen. in Exeg. habent σπάδων, exponiturque conuulſio, et eſt nomen femininum. Primo de morb. p. 132. v. 34. de ſuppuratis: Si vero vena omnino quidem rupta non fuerit, verum σπάδων acutus tractus in ipſa fiat, etc. Sic

vertit

Σηκαμοειδὲς) Diocles ſic inquit in Ancyra elleborum appellari. Nonnulli vero aliam quamdam herbam.

Σπάδων) corporis contractio.

Σικύϐ πάλης) quae ex cucumere ſit farina minuta.

Σκυῤῥωθῶσι) id eſt, σκληρυνθῶσι, hoc eſt, obduruerunt, et quaſi σκιῤῥωθῶσιν, quod idem eſt. Quoniam σκίῤῥον σκύῤῥον appellat, quum inquit: Si σκυῤῥωθέωσι, id eſt, obduruerint, melius eſt adhibere acria, mordacia enim et tenuia, et ignea exiſtentia adurunt ſcirrhum, et ſi molluerit, emollientibus medendum.

Σφα-

[3] ἐλέβορον *MS. D.* [4] σπάσδον *MS. D. et Euſt.* [5] σκιῤῥωθῶσι *MS. D.* [6] δριμαία *MS. D.*

vertit Germanus interpres. EUST. Vide Foeſ. p. 577.

g. Tertio de morb. p. 165. v. 35. Τῶτο δὲ σικύϐ. Cucumeris peponis corio nudati πάλης pollinem ex aqua praebeto. Et v. 40. Ita vt ad ſingulos cyathos τῶ σικύϐ πάλης τὴν ἐκ τῶν ὀρόβων πάλην, et cucumeris, et erui pollinem inſpergas. EUST. Vide Foeſ. p. 565.

h. Galenus in Exeg. habet σκύρος callus, et σκυρωθῶσι occaluerit. In Hippocratis codicibus vario modo haec vox ſcribitur. Locus, quem auctor citat, eſt in primo de morb. mul. p. 238. v. 44. Καὶ ἢν σκυρωθῶσιν, ἀρεῖον τὰ δριμέα τε προστιθέναι ἃ δήξοντα. τὰ γὰρ λευκὰ καὶ πυρώδεα ἐόντα, τὸν σκύρον διαχέει. Ἢν δὲ λαπαχθῇ ὁ σκύρος, μαλθακοῖσιν ἰῆσθαι. hoc eſt, ſed et ſi in callum indurati fuerint, praeſtat acria apponere quae mordent. Quae enim tenuia et feruida ſunt, calli duritiam diffundunt. Si vero mollitus fuerit callus, mollibus curato. Vaticanus codex pro ἀρεῖον habet ἄριϛον: pro, ἃ δήξοντα, ἀδάξοντα non mordentia: et pro λευκὰ, λεπτά. Libro de nat. mul. p. 218. v. 20. Si humidius fuerit os vterorum, quam oporteat, acria apponito: quo morſum perreptet, et inflammatum valde durum fiat: ſi vero σκυῤῥώθῃ induratum fuerit, acria adhibeto. Et p. 223. v. 38. ἢν σκιῤῥώθωσιν. Si indurati fuerint vteri. Et v. 44. ἢν σκιῤῥωθέωσιν. Et libro ſecundo de morb. mul. p. 279. v. 4. ἢν σκυῤῥωθῶσιν. Et v. 10. ἢν αἱ μῆτραι σκιρωθῶσι. Si vteri velut in callum indurati fuerint. Et v. 19. σκληρυνθῶσιν. EUST. Locus Hippocratis, quem citat, habetur L. περὶ γυναικ. I. Sed ita legitur in Ald. edit. καὶ ἢν

[l] [1] Σφαδάζει) χαλεπαίνει, δυσφορεῖ. Ἡ λέξις Ἀττική.

[k] [2] Σελαχίοισι) τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξὶ, λέγων, ὡς ἡ ποτὲ αὐτὸν ἢν κάμῃ τις, εὐθέως ῥεῖ πρὸς αὐτὸν [l] [3] περιόνοι σελάχιον. Τί δε ἢν λύκον κεκράξεται, φρασεῖται πρὸς τὸν αἰπόλον.

[m] Στέατι μηλείῳ) ἀντὶ τοῦ προβατείῳ. Μῆλα γὰρ τὰ πρόβατα.

[n] Σικύου λέμματος) λεπίσματος.

[o] [4] Σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες) οἱ μὴ εὔτονοι, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς πλήττοντες. Εἴρηται δὲ

[1] σφαλάξει *MS. D. et Eust.* [2] ἀλαχίοισι *MS. D.* σελάχεσι *ap. Hipp. notante St.*

ἢν σκυρωθῶσιν ἄρειον τὰ δριμέα τε προστιθέναι ἃ δάξονται. Τὰ γὰρ λευκὰ καὶ πυρωδέα ἐόντα τὸν σκύρον διαχέει. Ἢν δὲ μαλαχθῇ ὁ σκύρος, μαλθακοῖσιν ἰῆσθαι καὶ ὅ, τι μὴ δάξεται. Sic autem alibi apud eumdem in eadem editione legitur, ἢν δὲ σκυρωθῇ. Et alibi ἢν σκυρωθῶσιν αἱ μῆτραι. Sed non constanter seruatur haec lectio, nam lib. περὶ γυναικ. φυσ. legitur σκιῤῥωθῶσιν αἱ μήτραι, cum ῥῥ et ι. Galenus autem σκύρος et σκυρωθῶσι habet infra. ST. Vide Foes. p. 575.

i. Σφαλάξει. Aliqui codices, et Galenus in Exeg. habent, σφαδάζει, quae vox reperitur in primo de morb. mul. p. 244. v. 1. Mulier acute febrit, et stomachi dolore vexatur, et dolet totum corpus, et σφαδάζει moleste fert, et ad articulos manuum, et crurum et lumborum dolor procedit. EUST. Vide Foes. p. 603. Hesych. interpretatur μετὰ σπασμοῦ πηδᾶ, διασπάτει, διασείει, δυσαθανατεῖ, χαλεπῶς φέρει, δυσφορεῖ, ἀγανακτεῖ, μετὰ χολῆς ὀργίζεται, θυμοῦται, ταράττεται, ἀτακτεῖ, quae omnia cum Erotiani explicatione conueniunt.

k. Galenus in Exeg. habet, σελάχεσιν omnes pisces squamis carentes, et qui animal pariunt, sic dicuntur. Quae expositio cum Erotiani sensu non conuenit. Secundo de diaeta p. 94. v. 7. de piscibus: Vrticae autem maxime, et τὰ σελάχεα cartilaginosi generis pisces humectant. Libro de int. pass. p. 195. v. 30. de tertia tabe: Et obsonium habeat

Σφαδάζει) iraſcitur, moleſte fert. Attica vox eſt.

Σελαχίοισι) minutis piſciculis, vel teſtaceam cutem habentibus, vt locuſtis, cancris, buccinis. Meminit huius vocis Eupolis in Capris, quum inquit: ὡς ἡ ποτὲ αὐτὸν ἦν κάμη τὶς εὐθέως ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν πριόνοι σελάχιον, τὶ δὲ ἦν λύκον κεκράξεταί, φρασεῖταί πρὸς τὸν ἀπόλον.

Στέατι μηλείῳ) pro ouillo. Μῆλα enim oues dicuntur.

Σικύϐ λέμματος) corticis cucurbitae ſylueſtris.

Σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες) non robuſti, verum per interualla imbecilliter pulſantes. Dictum eſt autem

[3] πρίω μοι *ex emend. St.* [4] σφιγμοὶ *MS. D.*

habeat σελάχια cartilaginea. Primo de morb. mul. p. 251. v. 6. Piſcibus σελάχεσιν cartilagineis cum cepis, et coriandro in muria dulci coctis. Et libro ſecundo p. 274. v. 8. Obſoniis autem vtatur piſcium σελάχεσιν cartilagineis omnibus, coctis aceto mulſo dulci. Locus Eupolis in Capris ita deprauatus eſt, vt male poſſit elici ſenſus: integra tamen ſententia eſt, quae noſtro inſtituto inſeruit, quae talis eſt: Statim dicet ad ipſum πριώ μοι (non πριόνοι) eme mihi σελάχιον piſciculum minutum teſtaceum. EUST. Apud Hippocratem σελάχεσι reperio, et eam lectionem agnoſcit Galenus: ſed σελαχίοισι diminutiui formam habet. ST. Vide Foeſ. p. 561.

l. Reponendum puto πριώ μοι et his verbis ὡς ἡ ποτὲ αὐτὸν aliquis ſubeſt error. ST.

m. Primo de morb. mul. p. 260. v. 28. 29. Aut elaterii potiones quatuor στέατι μηλείῳ adipe ouillo admixto apponat. Et libro ſecundo p. 288. v. 23. Aut anſeris adipem, aut μήλειον στέαρ ouillum adipem (ſcilicet apponat). EUST. Vide Foeſ. p. 584.

n. Secundo de morb. mul. p. 267. v. 9. de fluxu albo mulierum: Et σικύης λέμματα cucumeris ſylueſtris cortices ex tertia parte, reliqua ex paribus portionibus (ſcilicet ſubter ſuffito). EUST.

o. Secundo de morb. mul. p. 268. v. 26. Perfrigerationes et ſudor multus, σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες pulſus ad manum acceleranteſ. Sic vertit Germanus interpres. Caluus venarum pulſus

δὲ ἀπὸ τῶν ψαιρόντων [p] [1] ἀνέμων, αἳ δὴ ἐχ ὁμαλῶς ὑπὸ τῶν ἀνέμων φυσώμενα, ὁτὲ μὲν χαλαρᾶνται, ὁτὲ δὲ πληρᾶνται.

[q] Σπερχνόν) συνεχές.

[r] Σκορδίᾳ) βοτάνης ὄνομα.

[s] Στέαρ ὄϊος) τὸ τᾦ προβάτῳ.

[t] Σκαφίδα) τὴν ποιμενικὴν σκάφιν ἔτω καλῶσιν Ἀττικοί.

[u] Σκυτίνην) [2] πεπιλημένην καὶ πεπυκνωμένην.

[x] [3] Συναρθμᾶται) συναερμόζεται, καὶ συνενᾶται. [4] Ἀρθμὸς γὰρ λέγεται [5] ἡ εὔνοια καὶ ἡ φιλία. Ὡς καὶ Καλλίμαχος φησὶν, [6] Ἀρθμὸν [7] δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίαν ἔταμον.

Σμηκ-

[1] *ἀρεμένων alii, ἀρμένων ex emend. St. et eius ſimiae Chart.*
[2] *πεπλημένην MS. D. ſed in margine emendatum πεπιλημένην.*

h. Libro de aere, aquis et locis, p. 77. v. 4. Quum enim γόνος ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat, a ſanis quidem ὑγιηρὸς ſanum, a morbidis morboſum, etc. Reperio etiam ὑγιηρὰ καταμήνια ſani menſes. Libro de ſteril. p. 291. v. 14. Et ἐπιμήνια ὑγιηρὰ menſes ſani p. 292. v. 43. EUST. Vide Foeſ. p. 630.

i. Locus, quem Erotianus adducit, vt coniicio, eſt in libro de arte, p. 3. v. 34. licet verba nonnihil diuerſa ſint. Erotianus enim habet, ἀθὲν ὅτι καὶ ὕποφρον, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, hoc eſt, nihil eſt occultum, et quod habeat circa ſe cellulas. Hippocratis vero exemplaria habent: Καὶ τούτων ἀδὲν, ὅ, τι ἀχ ὕπαφρον ἔσι καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, id eſt, vt Germanus interpres vertit: Et horum nullum eſt, quod non ſubſpumoſum ſit, et circa ſe foruulos habeat. Numquid autem legendum ſit ὕποφρον occultum, an ὕπαφρον ſubſpumoſum, an ὑποφορον circumcauernoſum, vt aliqui docti viri ſuſpicantur, ſtudioſi per otium iudicare poterunt. Ceterum Sophoclis locus omnino corruptus eſt, et reſtitui non poteſt. EUST. Vide Foeſ. p. 644. ſic emendat vitioſum hunc locum ex Hipp. καὶ τούτων ἀθὲν ὅ τι ἀχ ὕπαφρόν ἐσι, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας.

k. Ga-

Ὑγιηρὸς γόνος) id eſt, ſemen ſanum.

Ὑπερτέρη) ſupereminens, et ſuperagens.

Ὕποφρον) latens, vt inquit Tarantinus. Confirmat hoc etiam Sophocles in Smerigone, quum inquit: Nunc autem εἰρὴ ὕποφρος, hoc eſt, clam ex ipſis, donec perdidit, et ipſemet periit. Huius meminit etiam in Iphegenia. Et Hippocrates plane declarat, quum ait: Nihil eſt ὕποφρον, hoc eſt, occultum, et quod habeat circa ſe θαλάμας, id eſt, cellulas. Si igitur latibula θαλάμαι appellantur, iure omne, quod regitur, appellatur κρύφιον et ὕποφρον.

Ὑπόξηρα) ex latitudine in caudam muris, id eſt, in anguſtum ducta.

[3] ὕττι *quaed. exempl.* ὅτι *MS. D.* [4] ὑπέξυρα *St. et Chart.*

k. Galenus in Exeg. longe aliter ac Erotianus exponit, hoc eſt, quae ſubcaua, aut humiliora ſunt, et ὀπόξηρος aduncо naſo, quod quae circumcirca ſunt, humiliora quam ſummitas ſint. Item ὑποξήρας humiliores et contractos, ita de ventribus, in maiore de praed. loquutus eſt. Sunt qui putent eo in loco ſcribendum eſſe, ὑπέξυρα, quoniam Galenus ἔξυρα in anguſtum redacta, quae et μύοπα dicuntur, exponit. Sumi etiam hanc vocem pro ſicco et arido, exempla, quae adduco, patefaciunt. Sexto de morb. vulg. com. 8. t. 36. p. 351. v. 14. Scio quod difficile eſt ratiocinari, ac cognoſcere vias, veluti ſi ſit acuto capite, ſimus, ὑπόξηρος, ſubaridus, biliоſus. Et libro ſeptimo p. 356. v. 24. Prodromi filius aeſtate ſublaeſus, aeſtuoſus, lingua ipſi ὑπόξηρος, ſubarida, obſcura. In coac. praenot. p. 434. v. 37. In anginis ſputa gracilium ὑπόξηρα ſubarida malum. Et v. 48. Ex angina ὑποξήρα ſubarida frequentia ſputa, cum tuſſi, lateris dolorem inducentia pernicioſa. Primo de fract. t. 34. p. 458. v. 9. Τὰ δὲ ὑποξήρα extremitates autem ſubaridas, et in acutum abeuntes, ſpleniis obuolutis, curare oportet. Sic vertit Germanus interpres. Alii, quae in extremitate tenuantur. Alii ſubſiccanea. Quem locum exponens Galenus inquit: Tenuantur membrorum extrema, quae dixit ὑπόξηρα. Quarto de art. t. 61. p. 500. v. 21. Femora ipſa natura ſunt curua: ſuperne enim carnoſa ſunt, et inter ſe ſociata; inferne

l Ὑπονησαμένη) ὑποσωρεύσασα, [1] ἀπελθοῦσα.

m Ὑποκρίσεται) ἀφίσαται καὶ διανίσαται.

[2] Ὑπένδοθεν) ἀντὶ τοῦ κάτωθεν.

n Ὑπομβρον ὀσέον) [3] ὑπονόμον καὶ κάθυγρον γέγονος.

o [4] Ὑπηλάτῳ) τῷ τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντι. Παρὰ τὸ ὑπελαύνειν εἰρημένον.

Ὑποκρινέσθω) [5] ἀποκρινέσθω.

p Ὑποτεῖναι) ὑποθεῖναι, καὶ [6] Ὑποτεταμένον τὸ ὑποκείμενον ξύλον, τὸ οἷον βάθρον, ὡς καὶ Φρυνίχος ἐν [7] Κρόνῳ φησί. Κεῖνη μεμνήθω με ξύλον ὑποτεταγός

Ὑπενέγκαθαι) ὑποβιβάσαι.

Ὑποτοπέεσθαι) ὑπονοεῖν.

Ὑπερεόντας) μετακινοῦντας.

q [8] Ὑποφθάλμιον) τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ.

Ὑπείλ-

[1] ὑπελθοῦσα *mauult Foes.* [2] ὑπένδεθεν *MS. D.* [3] ὑπόπυον *forte Foes.* [4] ὑπηλάτη *Euſt. et Iunta.* ὑπηλάτων) τῶν τὴν κ. κ. καθαίροντων παρὰ τὸ ὑπηλαύνειν εἰρημένων *ex emend. Foeſii.*

ferne vero ὑπόξηροι ſicca. In mochlico p. 509. v. 8. de femore luxato: Quae autem intro luxarunt, et vtriculis ἐς τὸ ὑπόξηρον τοῦ μηροῦ ſubcoxae ſiccam partem datis, reduces. Sic vertit Caluus. Libro de veratri vſu, p. 534. v. 31. de ineptis ad pharmacum. Sed et ὑποξήρους ſubſiccos, et balbos ac blaeſos (ſcilicet vitare oportet). EUST. Fortaſſe ſcribendum eſt ὑπέξηρα. Vide apud Galen. ἔξηρα. ST. Vide Foeſ. p. 640.

l. Galenus in Exeg. exponit, quae ſubnatauit, quae ſubiit. EUST.

m. Et hic locus Foeſio p. 659. ſuſpectus videtur.

n. Galenus in Exeg. exponit, ſubhumidum, purulentum, ſubpingue. EUST. V. Foeſ. p. 659.

o. Quarto de morb. p. 177. v. 40. Sed et medicamenta ὑπήλατα aluum ſubducentia, ſi in potu ſumantur, extra ventrem procederent. Secundo de rat. vict. morb. acut. t. II. p. 370. v. 49. de curatione pleuritidis: Sedant item alia multa ὑπηλάτων aluum ſubducentia medicamenta. Et p. 371. v. 1. Et ea, quae in

for-

Ὑπονησαμένη) quae accumulauit, quae ſubiit.

Ὑποκρίσεται) ſeiungitur, et attollitur.

Ὑπένδοθεν) pro infra.

Ὑπομβρον ὀξέον) concauum et humidum factum.

Ὑπηλάτη) inferiorem ventrem purganti, παρὰ τὸ ὑπελαύνειν, hoc eſt, a ciere dictum.

Ὑποκρινέθω) reſpondeat.

Ὑποτεῖναι) ſupponere, et ὑποτεταμένον ſuppoſitum lignum, et quaſi fundamentum, vt Phrynichus in Saturno inquit: Ipſa memoria teneat lignum ὑποτεταγὸς, hoc eſt, ſuppoſitum.

Ὑπενέγκαθαι) deponere.

Ὑποτοπέεθαι) ſuſpicari.

Ὑπερέοντας) commutantes.

Ὑποφθάλμιον) concauum oculi.

[9] ἀποφινέθω *MS. D.* [6] ὑπετεταγμένον *MS. D.* [7] Χρόνῳ *vulgg.* [8] ὑποφθάλμια *et* τὰ κοίλα *mauult Foeſ.*

ſorbitionibus exhibentur ὑπήλατα aluum ſubducentia medicamenta opitulantur. EVST. Vide Foeſ. p. 636.

p. Inuenio ὑποτεταμένον et ὑποτιθέναι. Primo de fract. t. 18. p. 457. v. 39. de fractura radii: Partim quod ſanum (ſcilicet os vlnae) ὑποτεταμένον ſubtentum, fundamenti loco ipſi eſt. Primo de artic. t. 30. p. 475. v. 10. Sub alam vero lanam mollem, puram conuolutam ὑποτίθεναι ſubiicere oportet; ad cauitatem explendam. EVST. V. Foeſ. p. 642.

q. Primo de morb. mul. p. 236. v. 40. Et τὰ ὑποφθάλμια concaua oculorum liuida ſunt, et inflata. Et libro ſecundo p. 264. v. 40. Et color eſt exalbidus, et facies eleuata, et in ὑποφθάλμοισιν concauis oculorum tumores laxi. Et p. 266. v. 37. In facie ſunt tumores albi, et ὑποφθάλμια concaua oculorum tument. In coac. praen. p. 427. v. 33. de lethargicis: Et τὰ ὑποφθάλμια concaua oculorum eleuata habent. Interpres Germanus vbique vertit, partes ſub oculis. Caluus vero, oculorum inferiora. EVST.

[r] Ὑπείλει) ὑποφέρει. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἰδίποδι φησὶν, Οὐρὰν ὑπείλει [1] ὑπὸ λεοντόπεν βάσιν.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Φ.

[a] Φύσαν) νῦν μὲν ἐν Ἀφορισμοῖς καὶ ἐν ᾧ καὶ δ' Ἐπιδημιῶν, [b 2] τὴν δι' ἕδρεαν δυσωδίαν πνοὴν λέγει. Ἐν δὲ τῷ Περὶ φυσῶν καὶ ἐν τῷ Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, τὰ ἐν ἡμῖν πνεύματα. Ἐν δὲ τῷ [3] Περὶ χυμῶν, τὸ ἐμφύσημα λέγει.

[c] Φακῶν [4] ἐρέγματα) ἀντὶ τοῦ διαιρήματα. Καὶ γὰρ ἐρεγμὸς κυρίως λέγεται ὁ δίχα διηρημένος κύαμος. Φλενο-

[1] *υπολεοντόπεν coniunctim in MS. D.* [2] *τὴν δι' ἕδρας δυσωδίη πνοὴν Chart. ex St.*

r. Sunt qui putant ſcribendum eſſe *ὑπίλλειν*, vel *ὑπειλεῖν*. Galenus in Exeg. habet *ὑπειληθέωσιν*, vel vt aliis placet *ὑπειληθέοσιν*, in ſe ſubuoluantur. EUST.

a. Locus primus ab Erotiano adductus, eſt in quarto aphoriſm. t. 73. p. 395. v. 31. Si non *φύσαι* flatus, ſiue crepitus erumpant. Primo de morb. vulg. com. 3. t. 1. p. 306. v. 49. *Φύσαι* flatus ſilentes, ſtrepentes. Et libro quarto p. 332. v. 19. Et *φύσαι* flatus cum crepitu prodierunt. Secundo de diaeta p. 92. v. 14. de maza: Quod vero intus manet, *φύσαν* flatum inducit, et partim ſuperne eructatur, partim inferne ſecedit. Et v. 23. 24. Et libro tertio p. 103. v. 26. Secundo de morb. p. 156. v. 14. et p. 157. v. 3. 4. Libro de affection. p. 187. v. 14. et pluries vſque ad 42. Secundo de morb. mul. p. 269. v. 23. et p. 283. v. 25. Secundo de morb. vulg. ſect. 2. p. 313. v. 39. de Lycia. Et ſectione 3. p. 314. v. 47. Et libro quinto p. 337. v. 26. 28. de Eudemo in Lariſſa. Libro de iudicationibus p. 387. v. 34. Libro de fiſtulis p. 517. v. 31. Pro ſpiritu ſumitur haec vox libro de flatibus, p. 118. v. 22. quem locum innuit Erotianus. Ac ſpiritus quidem inquit, qui in corporibus ſunt, *φύσαι* flatus vocantur, qui vero extra corpus exiſtunt, aer. Et p. 119. v. 23. Per vniverſum corpus permeant *φύσαι* flatus. Et v. 27. Et p. 120. v. 5. 11. 14. Primum quidem caput ipſum propter *φυσέων* flatus incluſos aggrauatur. Et p. 120. v. 37. 40. Et p. 121. v. 2. de apoplexia. Et p. 121. v. 40. An vero in libro de veteri arte medendi vtatur hac voce

Ὑπείλει) voluebat, vt Euripides etiam in Oedipo inquit: Οὐρὰν ὑπείλει, caudam voluebat ſub inceſſu leonino.

PRINCIPIVM Φ.

Φύσαν) nunc quidem, et in aphoriſmis, et in primo et quarto de morbis vulgaribus, graueolentem ſpiritum ab ano emiſſum dicit. In libro vero de flatibus, et de veteri arte medendi, eos, qui in nobis ſunt, ſpiritus. In libro autem de humoribus inflationem appellat.

Φακῶν ἐρέγματα) id eſt, diuiſiones; etenim ἔρεγμὸς proprie dicitur ſeorſim faba diuiſa.

Φλενο-

[3] περὶ χυτρῷ *MS. D.* [4] ἐρέματα *MS. D.*

voce Hippocrates pro ſpiritu, qui in nobis eſt, anceps ſum, p. 11. v. 45. de figuris membrorum ſpongiformibus: Quaecumque autem Φύσαν flatum et reuolutiones operantur in corpore, ea in cauis, et amplis, veluti ventre ac pectore ſtrepitum ac ſonitum facere ſolent. Et p. 12. v. 6. Velut hepar, quod propter denſitatem quidem ac latitudinem reſiſtit, ac non cedit, Φύσα flatus vero ſubiens augeſcit, ac fortior euadit. Neſcio etiam an Hippocrates in libro de humoribus hac voce pro inflatione vtatur. Primo de humor. t. 16. p. 114. v. 37. Aut eruptio puſtuloſa, aut Φύσα flatus, aut cibus. Et t. 18. p. ead. v. 41. Caſtigatio per vomitum, inferne per exitum, aut ſputum, mucum, tuſſim, ructum, ſingultum, Φύσης flatum, vrinam, ſternutationem. Et t. 19. v. 45. de his, quae ſuperne erumpunt: Cruenta, ἄφυσα flatus expertia, cruda, cocta, ficca. Et libro ſecundo t. 1. p. 115. v. 5. Signa haec ſunt, odores corporis, oris, feceſſus, auris, Φύσης flatus, vrinae, vlceris, ſudoris, ſputi, naſi. Et t. 5. p. ead. v. 11. Item tot, et talia, veluti ſunt Φύσαι flatus, vrina, qualis, et quanta, et quando. Puto ego pro inflatione ab Hippocrate vſurpari, ſecundo de morb. p. 157. v. 2. de morbo ructuoſo: Vbi hoc factum fuerit, melius habere ſibi videtur, et venter Φυσᾶται inflatur, ac durus fit. Secundo de morb. mul. p. 278. v. 42. Si inflati fuerint vteri, venter attollitur, et Φυσᾶ inflatur, et ſonitum edit. EUST. Vide Foeſ. p. 669.

b. Lege δι' ἕδρας δυσώδη πτόην. ST.

c. V. Foeſ. p. 650. Locus eſt in coac. praen. p. 444. v. 26.

[d] [1] Φλενοδώδη) Φλενοδώδη ἓν ἐκάλεν τὰ μετὰ [dd] φλυαρίας καὶ πνευματώδες ταραχῆς ἐκκρινόμενα. Ἄλλοι δὲ φασι μὴ δεῖν γράφειν [2] Φλενοδώδη, ἀλλὰ Φλεβονώδη, ὡς εἶναι τὰ [3] μετὰ ἀλγήματος οἰδήματα. Οἱ δὲ τὰ [4] μετὰ σφυγμῶ, οἱονεὶ [5] Φλεβονώδη εἶναι, τῶ Ἱπποκράτες μηδ' ὅλως ὀνομάσαντος ἄλγημα. Ἔστιν ἓν τὰ ἐν κινήσει καὶ τινι ταραχῆ [6] ὄντας. Φλέβας γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλεν. Φησὶ γὰρ αὐτὸς, Τὰ ἓν γινόμενα ῥίγεα μεθ' ἡμέρην καὶ κατὰ νύκτα ἐπιπαροξυνόμενα ἀγρυπνίην ποιέει, καὶ τὰς Φλέβας δονέει καὶ [7] ταράσσει, καὶ πυκνότατον καὶ σφοδρότατον τὸ κίνημα ποιέει. Φλέβας δὲ ἃ τὰς [8] συνήθεις λεγομένας, ἀλλὰ τὰς ἀρτηρίας ὠνόμασε. Καὶ ὁ Δημόκρι-

[1] Φλενωδώδεα *Euſt. et Iunta, et in ſq.* Φλεδονώδη *mauult Foeſ. St. et Euſt.* [2] Φλεδονώδη *Foeſ.* [3] μετ' *Foeſ.* [4] μετὰ φλυγμῶ *MS. D.*

d. Vario modo ſcriptam reperio hanc vocem. Galenus in Exeg. habet Φλεδονώδεα, qui nugantur, Φλεδόνες enim nugae ſunt. Inuenio etiam Φλεβονώδεα. Quarto de morb. vulg. p. 333. v. 30. Praecordium intentum apparuit inflammati, Φλεβονώδεα, venarum intentarum modo. Sic vertit Germanus interpres. Lego etiam Φλεβονώδεα primo prorrh. com. 3. t. 9. p. 411. v. 18. Superuenientes rigores, et nocte magis quodam modo exacerbantes cum vigiliis, Φλεβοδονώδεα et venarum agitationibus in ſomnis. Germanus interpres vertit, cum delirio. Quem locum Galenus exponens inquit: In praeſenti dictione Φλεβοδονώδεα nouum peregrinumque nomen fecit, venas agitari, quantum ex voce eſt, oſtendens: vel etiam, vt quidam nomen ſcripſerunt, per Φλεβοτονώδεα venas extendi, etc. deinde ſubiungit. Ambiguitates ergo huiuſmodi quidam effugere volentes pro Φλεβοδονώδεα, Φλεδονώδεα inquiunt, nomen ἀπὸ τῶν Φλεδόνων facientes, quod autem Φλεδόνας et nugas, et deliramenta quidam veteres nominauerint, non te praeterit. Affectiones igitur, inquit, cum vigiliis exiſtentes, et in ſomnis delirantes, vrinam inconſulto excernentes. Eſt et vox Φλεβοτομηθέντα. Quarto de morb. vulg. p. 334. v. 41. Tuſſient ſiccam tuſſim, qui teſtes affectos habent, et ex tuſſi Φλεβοτομηθέντα vena ſecta

Φλενοδώδεα) igitur φλενοδώδεα appellauit, quae excernuntur cum nugis et perturbatione flatuosa. Alii vero dicunt non esse scribendum φλενοδώδεα, sed φλεβονώδεα, ita vt sint tumores cum dolore. Alii vero cum pulsatione venarum, quum Hippocrates nullibi nominauerit dolorem. Sunt igitur, quae in motu et perturbatione quadam versantur, etenim antiqui arterias venas appellabant; inquit enim ipse: Rigores, qui sunt die noctuque dum augentur, vigiliam faciunt, et φλέβας venas quatiunt, et perturbant, et frequentiorem ac vehementiorem motum efficiunt: φλέβας autem non dici solitas, sed arterias

[5] φλεδόνωδη *Foes.* [6] ὄντα *Foes.* [7] ταράσσει, καὶ σφοδρότερον καὶ πυκνοτέρον τὸ κιν. *M.S. St.* [8] συνήθως *St. ex emend.*

secta ad testem solutio fit. Quae autem harum lectionum melior sit, nihil certi habeo. Suspicor tamen pro φλενοδώδεα reponendum esse φλεβοδονώδεα, vel φλεβονώδεα, vel potius φλεδονώδεα. EUST. Apud Hippocrat. alicubi quidem φλεβενώδεα (posteriore ε, vt opinor, posito pro ο,) scriptum in vulgg. editt. reperio, videlicet epid. L. IV. alibi autem φλεβοδονώδεα prorrh. L. I. et 3. Item in coac. progn. Et hanc scripturam etiam agnoscit Galenus quibusdam in locis. Nam in hunc Hippocratis locum prorrh. L. III. τὰ ἐπιῤῥιγοῦντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενα, ἀγρυπνα, φλεβοδονώδεα ὄντα ἐν τοῖς ὕπνοις, etc. annotat, φλεβονώδεα nouum et auribus peregrinum vocabulum significare φλεβὰς δονύμενας subiungens quosdam scripsisse φλεβονώδεα, id est, τὰς δεινομένας φλέβας. Sed legendum videtur φλεβοτονώδεα, vt habetur apud eundem aliquanto post, at infra in ἐξηγ. γλ. Ἱππ. habes φλεδονώδεα. Φλύαρον. Φλεδόνες γὰρ αἱ Φλυαρίαι, quum tamen in illo quem dixi loco non φλεδόνες, sed φλεβοιδόνας veteres φλυαρίας καὶ λήρους appellasse dicat. Hesychius autem illi non huic scripturae assentitur. Apud eum enim scriptum est, Φλέδων, Φλυαρία, καὶ ὁ ἀλάζων εὐήθης. Item φλεδονώδη, Φλύαρα ληρώδη. Item Φλεδονεῖ, ἀνοσιωθητεῖ, Φλυαρεῖ, καὶ Φλεδονεύεσθαι τὰ αὐτά. ST. Vide Foes. p. 657.

dd. Suspicor mendosum esse genitiuum φλυαρίας. ST.

μόκριτος δὲ [1] φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηρίων κίνησιν.

[e] Φλαῦρος) πανταχῶ τὸ φλαῦρον ἐπὶ κακῶ [2] τάσσεται.

[f] Φωναὶ [3] κατειλῆσαι) ἀντὶ τῶ κατεχόμεναι. [4] Εἰλεῖν γὰρ τὸ συνέχειν καὶ [5] συγκλείειν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν· ὁ δὲ Βακχεῖος ἐ καλῶς ἐξηγήσατο τὴν λέξιν, παρεγκεκλιμένας φήσας. Ὁ δὲ Φακᾶς [6] Διοσκορίδης, Κατίλλειν φησὶν εἶναι τὸ καθείργειν καὶ κατακλείειν. Ὡς δηλῶσθαι τὸ βραχὺ τῆς φωνῆς καὶ μόλις ἀκουόμενον.

Φολλι-

[1] φλεβοπαλία *MS. D.* [2] τάσσει *MS. St.* [3] κατειλῆσαι *Euſt. et Foeſ.*

e. Primo de morb. mul. p. 235. v. 13. Si mulier corpore φλαύρως male habuerit. Et v. 25. 42. Si enim corpus φλαύρως male habuerit. Libro de ſterilibus p. 298. v. 35. Si vero ſtomachus ſic habeat, menſes autem non prodeant, aut φλαύρως vitioſe, aut minus. Primo de morbis vulg. com. 2. t. 80. p. 306. v. 9. Si etiam alia φλαύρως pernicioſe non habeant. Et libro ſexto com. 1. t. 21. p. 343. v. 42. Et com. 2. t. 38. p. 345. v. 10. Secundo de rat. vict. morb. acut. t. 50. p. 373. v. 32. Et libro tertio t. 33. p. 375. v. 25. Sexto aphoriſm. t. 52. p. 399. v. 8. Primo prorrh. com. 2. t. 11. p. 410. v. 2. Et com. 3. t. 24. p. 411. v. 41. Et t. 61. p. 413. v. 1. In coac. praen. p. 430. v. 20. Et p. 438. v. 11. Primo de artic. t. 62. p. 477. v. 9. Multos igitur noui medicos alias non φλαύρως malos, qui graviter afflixerunt, tales humeros reponere conantes. EUST. Vide Foeſ. p. 656.

f. Tertio de morb. vulg. com. 3. t. 32. p. 322. v. 35. Φωναὶ voceſque multis ſignificationem de ſe praebebant, quod eſſent vitiatae et κατειλῆσαι impeditae ac inuolutae. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, vocem laeſam et diſſolutam. Impreſſi codices habent κατατίλλεσαι. Galenus hunc locum exponens, inquit, Hippocrates claris vocabulis, quae rhetores ciuilia vocant, eſſe vſus videtur, at ἰλλαίνειν huius generis non eſt, ac multo minus κατιλλαίνειν, vel κατιλλαίνεσαι, praecipue quum de voce non de palpebris dicitur, itemque quia forma dictionis activa eſt, non paſſiua. Rectius enim (ſiquidem hoc nomen voci accommodare volebat)

erat,

terias nominauit. Et Democritus etiam φλεβοπαλίης appellat arteriarum motum.

Φλαῦρος) vbique τὸ φλαῦρον ad prauum refert.

Φῶναϛ κατειλεσαϛ) id eſt, occupatae ſeu contentae, εἴλειν enim continere, et claudere Attici dicunt. Bacchius vero non recte vocem eſt interpretatus παρεγκεκλιμένας demiſſas dicens. Phacas vero Dioſcorides κατείλλειν inquit eſſe cohibere, et claudere, ita vt ſignificet vocis tenuitatem, et quae vix audiatur.

Φολλι-

[4] εἰλεῖν *MS. D.* [5] συγκλείη *MS. D.* [6] διακελήσεις *MS. Dor.*

erat, ſi κατιλλόμενας, non autem κατειλεσαϛ ſcripſiſſet: ac multo etiam melius, ſi κατιλλαινόμενας: nam a verbo ἰλλαίνειν, ita participium deducas. Atqui nullus ſit ſenſus, ſi de vocibus dicatur κατειλέσαϛ, vt quidam intelligere nos interpretes voluerunt, tamquam tendat verbum ἰλλαίνειν ad diſtorquere, nam κατεῖλεσαϛ ſignificat diſtorquentes; κατειλεμένας vero diſtortae. Multi itaque vna in dictione errores commiſſi videntur, dum κατειλῆσαϛ accipere, vt multis eſt viſum interpretibus, volumus: quaſi a dictione ἰλλαίνειν deſcenderit, etenim actiuum eſt, ἰλλαίνεσαϛ, ἰλλαινόμενας paſſiuum, et adiecta praepoſitione κατιλλαίνεσαϛ. Atqui εἰλῆσαϛ, et κατειλῆσαϛ ab ἰλλαίνω deriuari non videtur: nec vero et εἰλεμένας et κατειλεμένας. Perraro autem inuenias apud veteres, hoc genus verba, et nomina, ἰλλαίνειν dico, et ἰλλὸς, a quo videtur Sophron comparatiuum feciſſe ἰλλότερον τὸν κύνα. Quare rectius dixeris, ſiquidem de his velis nugari, non ἀπὸ τῆς ἰλλώσεως, deductum εἰλῆσαϛ, ſed ab alio quodam, quod Plato et Antipho vſurpaſſe videtur. Plato quidem in Timaeo ſic inquit: Quia vero ſenſim impellebatur ab aeris frigore intro iterum ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλόμενον κατερρίζωτο, id eſt, ſub cutem coactum firmabatur. Videtur enim pro concluſum, vel repulſum in altum εἰλόμενον hic vſurpaſſe, quo ſignificatu videtur etiam haec ab eo eſſe ſcripta oratio. Terram vero nutricem noſtram εἰλομένην, id eſt, quae reſtringitur ad rationem in perpetuum conſtitutam. Eſt item apud Antiphontem in ſecundo libro de veritate inuenire hoc vocabulum eo loco: Vbi ergo in aere imbres et venti ſibi mutuo aduerſantur, ibi cogitur aqua, et multum

ſpiſſa-

f [1] Φολικώδη) τὰ ἐφιλώδη καὶ λεπρώδη. Οἱ γὰρ παλαιοὶ Φολικὰς ἐκάλεν τὰς ψωρώδεις τραχύτητας.

g Φλεγμονὴ ὑπολάπαρος) ἡ χωρὶς συντάσεως γινομένη.

h Φοξοὶ) οἱ ὀξυκέφαλοι, καὶ προμέτωποι.

i [2] Φλιδᾶν) διϊκνεῖσθαι καὶ [3] διαπηδᾶν καὶ διαπίνειν. Φαρμάκῳ ἰσχητηρίῳ) ἀντὶ τοῦ ἰσχαίμῳ.

Φρέ-

[1] *Φυλικώδη quaedam exempl. vitioſe. Euſt.*

ſpiſſatur. Quod autem eorum, quae committuntur, ſuperius ſit, hoc denſatur, et cogitur ὕπο τε τοῦ πνεύματος εἰλέμενον, καὶ ὑπὸ τῆς βίας, id eſt, a vento contortum, et a vi. Hic concluſum vel contractum in ſe denotare, per dictionem εἰλέμενον videtur. Numquid igitur in hoc libro, qui de vocibus ſcripſit κατειλῆσαι, tale quid ſignificari innuit, voces quaſi occluſas, et coactas oſtendens? vt accipiamus de vocibus eſſe dictum, quae exire nequeunt: quod accidit iis, qui gracili ſunt voce. Et paulo poſt inquit: Liquet porro rectius fuiſſe, ſi κατειλέμενας ſit ſcriptum, quam καταλῆσαι: qui quidem communis eſt omnis expoſitionis lapſus. Nam quidquid ſtatuas in dictione κατειλῆσαι ſignificari, actionem ſignificat, non paſſionem, vnde maxime ſuſpiceris Hippocratis non eſſe dictionem, videtur enim paſſionem quamdam vocis indicari; ſignificatur tamen non paſſio, ſed actio: paſſio vtique ſignificaretur, ſcripto vocabulo κατειλέμενας. Praeterea ſi vel κατειλέμενας ſcribamus, non eſt Hippocratis inſtitutum inuſitatis et infrequentibus vti nominibus. EUST. In vno exemplari ſcriptum eſt ἐφιλώδη vnico λ, ſed reponendum puto ἐφηλώδη non ſolum ablato vno λ, ſed et repoſito η in locum ι. ST. V. Foeſ. p. 673.

ff. De hac voce in annotatione prooemii verba fecimus, nunc exempla adducenda ſunt. Galenus in Exeg. exponit, tamquam folliculoſa et laxa. Quarto de morb. vulg. p. 330. v. 17. Τὰ δὲ Φολικώδεα. At vero ſquamoſo modo exaſperata puſtuloſa erant, velut Acanthio Lapyto. Germanus interpres vertit laxa. Et p. 332. v. 4. Anicula apud Soſileum alba pituita referta, tibiae duris tumoribus albis, φολικώδεσι ad modum ſquamae aſperis, itemque pedes, verum minus. Germanus interpres vertit laxis. Aldinus codex habet Φολικωδέσι. Baſilienſis vero Φολιδώδεσι, ſed perperam. EUST. Vide Foeſ. p. 676.

g. Pri-

Φολικώδεα) hoc eſt, τὰ ἐφηλώδη καὶ λεπρώδη, id eſt, ſquamoſa et aſpera. Antiqui enim φόλικας appellabant ſcabioſas aſperitates.

Φλεγμονὴ ὑπολάπαρος) inflammatio, quae fit ſine tenſione.

Φοξοὶ) acutum caput habentes, et προμέτωποι frontem eminentem.

Φλυδᾶν) pertranſire, et laſciuire, et propinare.

Φαρμάκῳ ἰσχητηρίῳ) pro ſanguinem cohibente.

Φρέ-

[2] φλυδᾶν *St. et Euſt.* φλοιδᾶν *paſſim in exempl.* [3] διαποδᾶν *MS. D.*

g. Primo de morb. vulg. com. 3. t. 29. p. 310. v. 33. Praecordii dextri dolor, φλεγμονὴ ὑπολάπαρος, inflammatio ſubmollis, ex interna parte. EUST. V. Foeſ. p. 660.

h. Sexto de morb. vulg. com. 1. t. 3. p. 343. v. 15. Οἱ φοξοὶ acutum habentes caput, qui quidem validam habent ceruicem, robuſti ſunt, tum alias, tum oſſibus. Et com. 8. t. 36. p. 351. v. 14. Scio quod difficile eſt ratiocinari ac cognoſcere vias, veluti ſi ſit φοξὸς acuto capite. EUST. Vide Foeſ. p. 664. Phyſiogn. vett. gr. p. 179.

i. Aliqui codices habent φλιδᾶν, et pro διαπίνειν propinare, διαπονεῖν laborare. Galenus in Exeg. legit φλυδᾷ, humidum redditur, computreſcit, et φλυδάρην humectam. Quae expoſitio cum Erotiani ſenſu non conuenit. Libro de morbo ſacro p. 127. v. 15. de viuenti: Neceſſe eſt ab auſtris quidem ſolui, ac φλυδᾶν humectari cerebrum, et venas laxiores reddi. Impreſſi codices habent, φλοιδᾶν. EUST. Inuenio etiam ſcriptum, φλυδᾶν per υ in Erotiani exempl. Apud ipſum Hippocratem φλοιδᾶν in hoc libri περὶ ἱερῆς νούσου loco, ἀνάγκη τοῖσι μὲν νοτίοισι λύεσθαί τε καὶ φλοιδᾶν τὸν ἐγκέφαλον. Heſychius autem φλοιδάμενος exponit ταραττόμενος, at φλιδᾶν illi eſt σήπεσθαι. Habet vero et φλιδάνει, quod exponit διαπίπτει et διαῤῥεῖ. At φλυδᾶν per υ explicat διαχεῖσθαι. Galenus in Exegeſi φλυδᾷ exponit ὑγραίνεται et μυδᾷ: item φλυδαρὴν, ὑγράν. Sciendum eſt praeterea hic pro διαπίνειν legi in nonnullis codicibus διαπονεῖν, quam lectionem reponendam cenſeo. ST. V. Foeſ. p. 663.

k Φρένας) ἐκάλεν οἱ ἀρχαῖοι τὸ διάφραγμα.
l Φιλεῖ) εἴωθεν.
Φολίδα χαλκῆ) τὴν λεπίδα.
m Φαλακροῖσι) περιφερέσι.
n Φαρμακοῖσι) πλατυοφθάλμοις. Οὕτω φησὶ καλεῖσθαι Ἐπικλῆς [1] τὸ σίμμι καὶ Νίγερος.
o [2] Φλιαί) τὰ ἑκατέρωθεν p [3] τῆ βάθρα ὀρθια ξύλα [4] ἐν οἷς ἄξονες περιέχονται.

Φορι-

[1] τὸ σίμι *MS. D.* [2] Φλίας *Foes. ex coni.*

k. Libro de offium natura p. 63. v. 12. de venarum diſtributione: Quae vero a capite ſplenis ad ſpinam accedunt, διὰ τῶν φρενῶν per ſeptum tranſuerſum penetrant. In coac. praen. p. 440. v. 6. Moriuntur maxime ex vulneribus, ſi quis cerebrum fauciatus fuerit, aut ſpinalem medullam, aut hepar, aut φρένας ſeptum tranſuerſum. EUST. V. Foeſ. p. 665.

l. Primo de nat. hum. t. 42. p. 22. v. 34. Ὀφείλει conſuevit igitur, quum haec ita ſe habeant, vt morbi, qui hyeme incrementum capiunt, aeſtate definant. Quem locum exponens Galenus inquit: Initium huius orationis ſcribitur duobus modis: quidam ſcribunt ὀφείλει, id eſt, debent, quidam vero φιλεῖ, hoc eſt, conuenit, nam hoc verbo quandoque pro conuenit vtuntur. EUST. Vide Foeſ. p. 656.

m. Primo de art. t. 43. p. 476. v. 2. Ferramentis autem talia vrere oportet, non craſſis, neque valde φαλακροῖσιν rotundis, ſed oblongis. In cuius com. Galenus inquit: Ferramenta extremitate rotunda appellauit φαλακρὰ, cuiuſmodi ſunt capitulata illa, quibus ad alas vtuntur (πυρίνες, vel διαπύρινα nuncupantur), atque item ſpathae capitulatae. EUST. Vide Foeſ. p. 650.

n. Hanc vocem apud Hippocratem reperio, ſed non in ea ſignificatione, quam Erotianus ei tribuit. Libro de vſu humid. p. 112. v. 10. Nam et ferramentis, et aeramentis optima (ſcilicet aqua potabilis) et φαρμάκοισι medicamentis plurimis inueteratis communiſſima. Libro de int. affect. p. 196. v. 31. Curetur autem φαρμάκοισι pharmacis, et iiſdem omnibus, quibus et prior. Primo aphor. t. 20. p. 390. v. 45. de iudicatione: Neque φαρμακίοισι medicamentis, neque aliis irritamentis vti. Et t. 24. p. ead. v. 49. In acutis affectionibus raro etiam in principiis φαρμακίη-

σι

Φρένας) vocabant veteres ſeptum tranſuerſum.

Φιλεῖ) conſueuit.

Φολίδα χαλκῆ) ſquamam.

Φαλακροῖσι) rotundis.

Φαρμακοῖσι) medicamentis, quae latos reddunt oculos. Sic inquit Epicles appellari τὸ στίμμι antimonium, et Nigrus.

Φλιαὶ) ligna recta, quae ſunt in vtraque parte liminis, in quibus axes, id eſt, cardines continentur.

[3] τῇ βάθρᾳ *MS. D.* [4] ἐν οἷς οἱ ἄξονες *MS. D.*

σὶ medicamentis vti oportet. Et libro ſecundo t. 36. p. 391. v. 45. Sana habentes corpora, dum φαρμακίῃσι medicamentis purgantur, cito exſoluuntur. EUST. Legitur etiam φαρμακῆσι. Sed vtramque lectionem ſuſpectam habeo, nec dubito, quin inter πλατυοφθάλμοις et ἅτω deſiderentur aliquot verba. ST.

o. Galenus in Exeg. dicit ligna recta e regione fixa, vt et neruorum φλιὰς paraſtatas, ſiue φλέβας venas. Tertio de artic. t. 49. p. 487. v. 23. de luxatione coſtarum: Poteſt etiam aſellis extenſio fieri, aut iuxta lignum defoſſis, aut in ipſo ligno aſellorum φλιὰς poſtibus conſtructis. Et libro quarto t. 51. p. 498. v. 42. Deinde φλιὰς poſtes aſelli breues, robuſtos vtrimque inaptatos habere. In cuius com. Galenus ait: Nominat axes ὀνίσκους: poſtes vero quae ſunt ligna, quibus axis ſuſtinetur, φλιὰς. Et t. 55. p. 499. v. 11. Si enim lignum hoc magnum, habeat in medio a lateribus duos φλιὰς poſtes pedales, eius altitudinis, quae conferre videtur, alterum hinc, alterum illinc. Deinde lignum tranſuerſum, velut ſcalae gradus φλιῇσιν poſtibus impoſitum ſit: atque ita ſano crure inter φλιέων poſtes tranſmiſſo, laeſum crus ſupra gradum adaptatum habeat. Quem locum exponens Galenus, inquit: Poſtes nominari ab Hippocrate non ea ligna tantum, quibus axis ſuſtinetur, aperte ex hac oratione colligi. Et paulo poſt addit: Conſtat autem integrum hominis crus ſuper gradum habendum eſſe inter φλιὰς, ſic enim vocauit poſtes, ligna intelligens, quae gradum ſuſtinent, quorum vtrimque vnum ſtruit in ipſo ſcamno. Hippocratem vero vſum tranſlatione a portarum poſtibus, ita nominare ligna, quae in ſcamno ſunt, perſpicuum eſt. EUST. Vide Foeſ. p. 662.

p. In MSS. τῇ βάθρᾳ, quod malo. Item οἱ ἄξονες. ST.

q [1] Φορινῆς) [2] πυκνῆς φησίν. Οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικός.

r Φλαῦρον ξυναλθέεται) κακῶς ὑγιάζεται.

s Φῶδες) ἔστι μὲν ἡ λέξις Δωρική, καλεῖσι δὲ φῶδας τὰ ἐκ τῆ πυρὸς t γινόμενα, μαλίστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσασι τρογγύλα ἐπιφλογίσματα. Ἐσχημάτισαι δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆ φωτὸς καὶ ἐρεύθης· ὡς Διοκλῆς ὁ Καρύστιος φησίν. Ὅτε δὲ καὶ ἐξανθήματα [3] φοινικᾶ, οἷον φῶδες περὶ τὸν θώρακά πε u γινόμενα. Καὶ Ἱππώναξ δέ φησι, Πρὸς τὴν μαρίλην τὲς x παῖδας θερμαίνων ἃ παύεται. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν [4] Κωκάλῳ φησὶ, Παρέσο κατέτριβεν ἱματία. Κἄπειτά πῶς [5] φῶδες τοιαύτας εἶχε τὸν χειμώναυλον. Ἔνιοι δὲ τὰς φλυκτίδας ἐξεδέξαντο.

y Φθοΐσκες) καὶ [6] φθοῖς. Ἔστι δὲ ποπάνων ἢ πλακέντων εἶδος, ἅτω καλεμένων παρ' Ἀττικοῖς, ᾧ χρῶνται εἰς τὰς θυσίας. Ἔστι δὲ τῷ σχήματι ὅμοιον [7] κάρδῃ.

z [8] Φαρκιδῶδες) ἐυτιδῶδες. Φαρκὶς γὰρ λέγεται ἡ ἐυτίς.

zz Φῶρας ἐλαίης) τῆς μὴ πεπείρε, ἀλλὰ δι' ὠμότητα τραχείας.

ΑΡΧΗ

[1] *Φορινῆς Euſt. et Foeſ. ex coni.* [2] *πυκνῆς Φύσιν MS. D.* [3] *Φοινικὰ MS. D.* [4] *κολάκῳ MS. D.*

q. Galenus in Exeg. habet *Φορίνη* pellis vel cutis, quae expoſitio ab Erotiani ſenſu longe diuerſa eſt. Quarto de rat. vict. morb. acut. t. 102. p. 383. v. 1. de ſuillis carnibus: Edere ipſas oportet abſque *Φορινῆς* pelle, et ſubfrigidas. EUST. Pro *Φορινᾶς* inuenio etiam ſcriptum *Φορικῆς*. ST. V. Foeſ. p. 663.

r. Pro *Φλαῦρον* in quodam veteri codice legitur *Φλαύρω*, omiſſo videlicet per incuriam σ. Nam *Φλαύρως* ſcribendum fuit. ST.

s. Galenus in Exeg. habet *Φωῖδες* ab igne in cruribus exſurgentes circuli rubri, de quibus dictum eſt. EUST. V. Foeſ. p. 671.

t. Repone *γινόμενα*, et in ſequentibus *καθίσωσι*. ST.

u. MS. *γινόμεναι*, quod repono. ST.

x. Pro *παῖδας* ſcribe *πόδας*. ST.

y. Vario modo ſcribitur haec

Φορινῆς) denſae, ſic inquit Ariſtophanes Grammaticus.

Φλαύρον ξυναλθέεται) aegre ſanatur.

Φῶδες) eſt quidem vox Dorica. Appellant autem φῶδας notas rotundas ex igne contractas, praeſertim quum ex frigore apud ignem ſederint. Ducta eſt autem vox a luce et rubore, vt Diocles Caryſtius inquit: Aliquando vero et puſtulae rubrae velut φῶδες, quae in thorace naſcuntur. Hipponax vero inquit: Ad μαρίλην cinerem calidum pedes calefacere non deſinit. Et Ariſtophanes in Aſſentatore inquit: Ades, conterebat veſtes, et poſtea, quomodo φῶδας maculas rubras in cruribus tantas habebat tota hyeme. Nonnulli vero eſſe putarunt φλυκτίδας, hoc eſt, bullas ſeu ampullas.

Φθοΐσκας, καὶ φθοῖς) eſt autem ſpecies farciminis vel placentarum, quas ſic Attici appellant; quibus etiam in ſacrificiis vtuntur forma ſimilibus καρδάμῃ.

Φαρκικῶδες) rugoſum: φαρκὶς enim dicitur ruga.

Φωρᾶς ἐλαίης) non maturae, verum ob immaturitatem aſperae.

[5] φῶδας τοσαύτας *MS. St.* πῶς φῶδας *MS. D.* [6] καὶ φθαῖς *MS. D.* [7] καρδάμῳ *MS. St.* καρδάμῃ *Euſt.* [8] φαρκικῶδες *Euſt.* φαρμακικῶδες *MS. D.*

haec dictio. Reperio enim φθοΐσκας et φθοῖδας. Primo de morb. mul. p. 246. v. 25. Καὶ ποιήσας φθοΐσκας ὅσον δραχμιαίας placentulas ac paſtillos drachmales formato. Et p. 254. v. 22. Καὶ πλάσας φθοΐσκας ὅσον δραχμιαίας, et paſtillos drachmales efformato. Et libro ſecundo p. 289. v. 12. Haec in φθοΐσκας ποιήσας ὅσον δραχμιαίας paſtillos drachmales efformato. Et p. ead. v. 37. Haec omnia terito, φθοῖδας πλασάμενον formatas inde placentulas, ſiue paſtillos ſuffito. Et v. 38. Et vnguento affuſo φθοῖδας placentulas formato. EUST. V. Foeſ. p. 657.

z. Aliud exemplar Erotiani et Galenus in Exegeſi habet φαρκιδῶδες, hoc eſt, quod rugas habet. EUST.

zz. φῶρας non reperio. Suſpicor ψώρας eſſe legendum, quia deae haec vox accommodatur. Secundo de morb. mul. p. 267. v. 9. de fluxu albo: Subter autem ſuffito

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Χ.

[a] [1] Χλοώδει) χλωρῷ καὶ ἰκτερώδει. Πεποίηται ἡ λέξις ἀπὸ τῆς χλοῆς.

[b] Χάριτες) αἱ χαραί· ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν ἐλεγείᾳ· Μέμνηται καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περὶ θεῶν. Φησὶ [2] δὲ αὐτὰς κληθῆναι [3] ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς, Χάριτας. Καὶ γὰρ πολλάκις οἱ ποιηταὶ τὴν χάριν χαρὰν καλοῦσιν. [4]Ἔνιοι δὲ χάριτας εἶπον τὰς [4] πιθανότητας· λέγοντες ὅτι ἄχρι νῦν οἱ Ἀττικοὶ τὸ ἀπειθεῖν Ἀχαριστεῖν λέγουσι.

[c] [5] Χλωρός) χλωρίασις.

Χέ-

[1] χλοώδεις χλοροὶ καὶ ἰκτερώδεις *manuit Foes.* [2] *Verba* δὲ αὐτὰς *ignorat MS. D.*

ſuffito zeam, et groſſos hybernos, et ἐλαίης oleae folia, et ψώρας ſcabiem eiuſdem. Et p. 278. v. 31. Si commoti vteri aliquo allapſi fuerint, et dolorem exhibuerint, ἐλαίης ψώραν oleae ſcabiem etc. ſubdito. EUST.

a. Galenus in Exeg. habet χλοῶδες vireſcens. Quarto de morb. vulg. p. 331. v. 8. de Temenae filio: Vt χλοώδης viridantis palloris eſſet ad dorſum: ad manus χλοώδης viridantis palloris. Et v. 15. Quum autem χλοώδεος viridans pallor cito deſineret, manus et humeri doluerunt. EUST. V. Foeſ. p. 679.

b. Libro de aere, aquis et locis, p. 79. v. 45 et 46. Si ſaltem χαίρουσιν gaudent Dii in hominum admiratione conſtitui, et pro hoc χάριτας beneficia hominibus retribuunt. Sexto de morb. vulg. com. 4. t. 8. p. 346. v. 43. Aegrotantibus χάριτες gaudia ſiue gratificationes, velut eſt, pure praeparare cibos ac potus, et ea, quae videt. EUST. Vide Foeſ. p. 675.

c. Sunt qui velint ſcribendum eſſe χλῶρος et χλωρίασις viriditas. Quarto de morb. vulg. p. 330. v. 13. Ad ſubditam glandem ſexta die ſubierunt mala χλωρὰ cum pallore viridia. Et libro ſexto com. 5. t. 14. p. 347. v. 31. Linguae χλωραὶ virides cum pallore bilioſae. Primo progn. t. 7. p. 401. v. 38. Et color totius faciei χλωρὸν pallidus, ſeu viridis, aut etiam niger, et lividus, aut plumbeus. Quem locum exponens Galenus, inquit: Coloris mutatio peſſima eſt, quae in nigrum vergit, moderatior vero quum ad χλωρὸν vertatur. Veteres enim ſolent ita quandoque palli-

PRINCIPIVM X.

Χλόωδες) viridi et icterico. Ducta est autem vox ἀπὸ τῆς χλόης, id est, herba.

Χάριτες) gaudia, vt et Sophocles in Elegia. Meminit et Apollodorus in secundo de Diis, appellarique inquit ipsas χάριτας, hoc est, gratias, ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς, id est, a gaudio. Poetae enim saepe τὴν χάριν, χαρὰν, id est, gaudium appellant. Nonnulli vero χάριτας persuasiones nominarunt dicentes, quod vsque in hanc aetatem Attici τὸ ἀπειθεῖν non persuadere ἀχαριστεῖν dicunt.

Χλώος) viriditatis.

[3] καὶ ἄπολλο *MS. D. sed puncta literis tribus vltimis addita, eaſdem delendas eſſe indicant.* [4] πιθανότατας *MS. D.* [5] χλώος *MS. D. et Euſt. ac Iunta.*

pallidum colorem appellare, quandoque vero ita, vt vulgus braſſicas et lactucas virides vocant, qui color est rubro nigrior. Et libro secundo t. 20. p. 404. v. 4. At vero aquosum valde, aut album, aut χλωρὸν admodum pallidum, aut spumosum stercus egerere: Haec omnia mala sunt. Vbi Galenus ait: Quae deiectio admodum habet eum colorem, quem χλωρὸν vocat, quoniam id nomen duorum colorum est, vt ante dixi, altera significatione pallidam bilem copiosam esse admistam, altera vero aeruginosam significat. Et t. 47. p. 404. v. 45. Malum est et quod χλωρὸν viride est valde. In cuius expositione Galenus inquit: Dictum saepissime est χλωρὸν dici consueuisse de pallido, quod ab aliquibus aeruginosum nominatur. Primo prorrh. com. 3. t. 7. p. 411. v. 15. de Aspasii filio: Vbi diutius aegrotasset, ori putrefacto χλωρὴ viridis superuenit. In quo loco Galenus inquit: Quod neque quamnam dicat putredinem viridem manifeste cognoscitur, quoniam χλωρὰ, et quae aeruginem, et quae pallidum habent colorem, vocitant. Praeterea in commento t. 22. secundi de rat. vict. morb. acut. dicit: Qui diminute cibum sumserunt, viscera videri pendere ait, eosque tum calidum, tum χλωρὸν viride meiere: calidum dicens, id est, solito calidius, χλωρὸν viride vero, hoc est, pallidum, more quodam Asiaticorum Graecorum, qui hodie quoque seruatur:

quum

d [1] Χέδροπα) τὰ ὄσπρια ἕτω καλεῖσιν οἱ Ἀττικοί. Ἔνιοι δὲ διὰ τῆ κ γράφουσι κέδροπα. [2] Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Γραμματικὸς διὰ τῆ χ γράφων, φησὶ χέδροπα τὰ παρ' ἀλλοις ὄσπρια. Εἴρηται γὰρ παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι. Ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν [3] Γεωργικοῖς φησὶ, Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄνευ [4] δρεπάνοιο [5] λέγωνται.

e [6] Χαλκεῖον) [7] χαλκῶν ἀγγεῖον, ἢ ἄρμενον.

f [8] Χαραδρώδεσιν) ἀντὶ τῆ τελματώδεσιν. [9] Χαράδραι γὰρ λέγονται οἱ τελματώδεις τόποι.

g [8] Χοληγόν) χολῆς ἀγωγόν.

Χρησῶς) καλῶς.

h [10] Χέλωμα) χάλασμα φησὶν Ἀπολλόδωρος.

i Χαμαιζήλε) ταπεινῆς. Ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν [11] Θηριακοῖς φησὶ, Φράζεσθαι δ' ἐπέοικε χαμαιζήλοιο κονύζης.

Χλαί-

[1] *χώδροπα MS. D. supraſcr.* ε. [2] Ἀριστοφάνης ὁ γρ. *MS. D.* [3] *Θηριακοῖς Foeſ. ibi enim v. 652 haec verba leguntur.* [4] *δρεπανίο MS. D.* [5] *λέγοντες MS. D.* [6] *χαλκίον Euſt.*

quum enim pallidos quoſdam vident, rogant, quid cauſae ſit, cur ita χλωροὶ virides ſint: nihil intereſſe vtrum χλωρὸν viride, an ὠχρὸν pallidum dicant, exiſtimantes, quumque aliquem videns ſeipſum χλωρότερον viridiorem, pro eo, quod eſt ὠχρότερον pallidiorem dicunt. EUST. Lego χλῶρος. Nam χλῶρος eſt ſubſtantiuum, at χλωρὸς adiectivum, quae differentia etiam eſt inter ὦχρος et ὠχρός. Homer. [illegible]ad. γ'. — ὦχρός τε μὴν εἶλε παρειάς. In hoc autem Erotiani loco quoddam exemplar habet χλοὸς χλωριάσεως, perperam. ST.

d. Libro de natura pueri, p. 30. v. 28. Quin et χέδροπα legumina, et frumenta, (ſcilicet ſpiritum habent.) EUST. Vide Foeſ. p. 676.

e. Pertinet huc locus Hippocr. p. 291. 15. παιδίοις γὰρ ἔσσιν ἔτι νηπίοις, αἱ μήτερες χάλκεον τετεχνημένον ἢ ἐπ' αὐτῷ τετέῳ διάπυρον ποιέσαι πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται. Sed Euſtachius χαλκίον legit, quod praetereo. Emendo itaque apud Hippocratem αἱ μητέρες χαλκίον τετεχνημένον ἐπ' αὐτῷ τετέῳ διάπυρον ποιέσαι: matres inſtrumentum ad hoc ipſum paratum et igne cande-

Χέδροπα) legumina. Sic enim Attici appellant. Nonnulli vero per κ ſcribunt, κέδροπα. Ariſtophanes Grammaticus per χ ſcribens, inquit, χέδροπα, quod apud alios ὄσπρια, id eſt, legumina. Dicta ſunt autem παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι, id eſt, quod manu ipſa carpantur, vt etiam Nicander in Georgicis, χειροδρέπτοι manu carpentes, vt homines ſine falce colligant.

Χαλκίον) aeneum vas, vel velum.

Χαράδρωσιν) id eſt, lutoſum. Χαράδρας enim dicuntur lutoſa loca.

Χολῆγον) bilem ciens.

Χρηςῶς) bene.

Χέλωμα) iactum interpretatur Apollodorus.

Χαμαιζήλῳ) humilis, vt inquit Nicander in Theriacis: Decet conſiderare χαμαιζήλοιο, hoc eſt, humilis conyzae.

[7] *χαλκῷ MS D.* [8] *χαραδρώσιν MS. D. et τελματώσιν quaedam exempl. χαραδρωδέωσιν et τελμαδωθῶσιν ex emend. Foeſ.* [9] *χαρ. etc. haec deficiunt in MS. D.* [10] *χώλωμα ex coni. Euſt. et Foeſ.* [11] *θηριακῆς MS. D.*

candefactum mammae dextrae apponunt etc. HER. V. Foeſ. p. 674.

f. Vide Foeſ. p. 674. Locus eſt de flatibus p. 120. 25. Heſychio χαράδρας exponuntur αἱ χάραξεις τῶν ἑδάφων, καὶ οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων ὑδάτων.

g. Vide Foeſ. p. 683. Indicatur locus de mul. L. I. p. 240. 33. In libro de loc. in hom. p. 70. 18. χοληγαγικὸν ſic vſurpatur.

h. Sunt qui putent ſcribendum eſſe χώλωμα. Quarto de artic. t. 11. p. 495. v. 22. de ſuendis linteis: Ἀλλὰ καὶ ἄλλης τῶν χωλωμάτων, alia enim deprauatio aliam ſuſpendendi viam poſtulat. In cuius com. Galenus ait: Deprauationem, quam χώλωμα dixit, commune nomen omnium prauitatum accipito. EUST. Vide Foeſ. p. 677.

i. Tertio de fract. t. 61. p. 470. v. 13. Verum ſiquidem foras, aut intro luxentur, hominem in χαμαιζήλῳ humili aliquo ſedili ſedere oportet. Primo de artic. t. 62. p. 477. v. 8. Nam quum os auulſum emineat, ſuperna humeri pars χαμαιζήλη humilis et cauа apparet. Locus Nicandri, quem Erotianus citat, non longe

[k] Χλαίνας) τὰ καινὰ ἱματία.

[l] [1] Χεῖαι) Ἐπικλῆς φησὶ [m] ψυχαί· ἐκ ὀρθῶς. Χεῖαι γάρ εἰσιν [2] ὑποδήματος γυναικείου εἶδος. Καθά φησιν Ἐρατοσθένης καὶ Καλλίστρατος ἐν ς΄ Συμμίκτων.

[3] Χέλισκον) τρυβλίον.

[n] [4] Χειρωνάκται) χειροτέχναι.

[o] [4] Χηραμίδα) τὴν κοίλην κόγχην, ἣν Μύακα καλοῦμεν. Παρὰ τὸν [5] Χηραμὸν δ' εἴρηται, [6] ὅσπερ ἐστὶ κοῖλος τόπος. Ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν [7] Θηριακοῖς φησὶ, [8] Τοῖς δὴ χηραμὰ κοῖλα καὶ [p] [9] ὑληωρέας εὐνάς.

[q] [10] Χυτλάζηται ἄλφιτα) χύτλα γὰρ λέγονται τὰ μετὰ πολλῆς ὕδατος καὶ ἐλαίου [11] ἀλείμματα.

ΑΡΧΗ

[1] χίαι *Euſt. et Foeſ.* [2] ὑποδήματα *MS. D.* [3] χέλυσκον *Foeſ.* [4] χηραμύδα *MS. D. et Euſt.* [5] χειραμὸν *MS. D.* [6] Ὥσπερ *MS. D.*

longe a principio libri diſtat, qui talis eſt: Φράξεσθαι δ' ἐπέοικε χαμαιζήλοιο κονύζης, Ἄγνα τεβρυά λευκά. *Decet conſiderare humilis conyzae, Et agni caſti muſcos albos.* EUST. V. Foeſ. p. 675.

k. Sunt veſtes, quae ceteris veſtimentis ſuperindui ſolent.

l. Reperio χίαι. Quarto de art. t. 12. p. 495. v. 23. Calceum inſuper plumbeum facere oportet, extra deligationem adalligatum, qualem modum χίαι chiae crepidae habebant. In cuius com. Galenus inquit: Quaenam fuerit chiae crepidae forma, non ſatis patere, quoniam neque Hippocratis ſeculo in vſu erat, atque idcirco inquit: Ad eam formam, quam chiae crepidae habebant, quum potuiſſet dicere, habent. EUST. Foeſ. p. 676. dicit: Chiae crepidae ſunt calceamenti quoddam genus ad pedis diſtortionem curandam accommodatum.

m. Non dubito, quin ψυχαὶ pro alio nomine mendoſe ſcriptum ſit. ST.

n. Primo de rat. vict. morb. acut. t. 16. p. 369. v. 1. Nam in acutis morbis in tantum inter ſe differunt χειρωνάκται artifices, vt quae alter exhibet, optima eſſe putans, ea alter iam mala eſſe exiſtimet. Aldinus codex habet χειρωνάκτες. Et libro ſecundo, t. 48. p. 373. v. 27. Talia vero faciunt, vt χειρωνακτέων artifices maxime ab hominibus vituperentur. EUST. V. Foeſ. p. 676.

o. Reperitur etiam χηραμίδα. Tertio de morb. p. 162. v. 37. Dato ari magni κόγχην χηραμίδα conchulam maiorem.

Χλαίνας) noua pallia.

Χεῖαι) Epicles inquit: animae, non recte: χεῖαι enim ſunt muliebris calceamenti ſpecies, quemadmodum inquit Eratoſthenes, et Calliſtratus in ſexto Miſcellaneorum.

Χελίσκον) ollula.

Χειρωνάκται) artifices.

Χηραμίδα) concham cauam, quam μύακα appellamus. Dicta eſt autem παρὰ τὸν χηραμὸν, qui concauus eſt locus, vt etiam inquit Nicander in Theriacis: Quibus quidem χηραμὰ, id eſt, antra concaua, et frondoſa cubilia.

Χητλάζηται ἄλφιτα) dicuntur enim χήτλα vnctiones, quae multa aqua et oleo fiunt.

PRIN-

[7] Θηριακοῖσι *MS. D.* [8] τοῖς δὲ οἱ χηραμὰ *MS. D.* [9] πληρέας *MS. D.* [10] χητλάζηται *MS. D. et Euſt.* χυτλάζηται, ἀλείφηται *Foeſ. ex coni.* [11] ἀλείματα *MS. D.*

rem. Et v. 39. Ari χηραμίδα conchulam maiorem (ſcilicet praebeto). Et p. 164. v. 10. Ari magni radicis χηραμίδα conchulam maiorem (ſcilicet dato). Et v. 13. Et tepefacta in χηραμίδι conchula maiore infundito. Libro de natura mul. p. 218. v. 24. Et fructus ſambuci χηραμίδα conchae teſtam maiorem (ſcilicet bibat). Et p. 219. v. 20. Et netopi χηραμίδα teſtam conchae maiorem admiſceto. Primo de morb. mul. p. 242. v. 8. Paeoniae radicis, aut etiam feminis χηραμίδος teſtam conchae maioris dimidiam. Et p. 260. v. 12. Semen hyoſcyami ὅσον χηραμίδα chemae menſura in vino nigro ad triduum bibat. Et libro ſecundo p. 275. v. 35. Bibat autem paeoniae grana nigra quinque, et ſambuci fructus in taedis ὅσον χηραμίδα conchae teſtam maiorem. Et p. 286. v. 33. Et farinae puriſſimae χηραμίδα chemam, ſiue conchae teſtam maiorem, (ſcilicet ad vteri ſtomachum apponat.) Nicandri locus, quem Erotianus citat, non longe a libri principio diſtat. EUST. V. Foeſ. p. 678. Χηραμίδες Heſychio dicuntur τὰ κοίλα καὶ ἔχοντα κενώματα.

p. Habent quidem Erotiani exemplaria πληρέας, ſed legendum conſtat ὑληωρέας, vt eſt apud ipſum Nicandrum. Nam cum πληρέας ne ſtat quidem verſus. ST.

q. Vide

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ψ.

[a] Ψαυόμενον) ἁπτόμενον.

[b 1] Ψάγδας) μύρε εἶδος, ἃ μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν [2] Μαρίᾳ.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ω.

[a] Ὠίξα) ἀνέῳξα, ἔτεμον. Ὡς καὶ Ὅμηρος φησὶ, Πᾶσαι δ' ὠίγνυντο πύλαι, ἐκ δ' ἔσσυτο λαός. Καὶ πάλιν, [3] Ὠίξεν δὲ θύρας θαλάμε πύκνα ποιητοῖο.

[b] Ὡρέοντα) χρονίζοντα. Ὥρος γὰρ ὁ χρόνος, καὶ Ὡρογράφοι οἱ [4] περὶ χρόνε γράψαντες.

Ὠτίδα

[1] ψάδα *MS. D. et MS. St. et Euſt.* [2] Μαρίπᾳ *Euſt.*

q. Vide Foeſ. p. 686. Χυτλάζειν Heſych. exponit τὸ ἀλείψαι μετὰ τῦ λάσαθαι, ἢ μετ' ἐλαίε λάσαθαι.

a. Libro de ſeptimeſtri partu, p. 46. v. 32. Non rident autem, etiam ſi ψαυόμενα titillentur ac irritentur. Secundo de morb. p. 142. v. 13. Et capitis cutis ipſi craſſeſcit, et ψαυόμενον ad tactum cedit. Et p. 143. v. 34. Et capitis cutis attenuatur, et ψαυόμενος contactu gaudet. Et p. 147. v. 7. Et pars ſub ipſa et externa ψαυόμενον ad tactum dura eſt. Secundo de morb. mul. p. 265. v. 23. de rubro fluxu: Venter imus attollitur, et attenuatur, et impotens fit, et indureſcit, et ψαυομένη ad contactum dolet. Secundo de morb. vulg. ſect. 2. p. 313. v. 46. de anginoſis: Et collum forinſecus conſpicuam cauitatem intro habebat, et in hac parte ψαυόμενος ad contactum dolebat. Et libro quarto p. 332. v. 22. Tumor ψαυόμενον ad contactum ſuppurato ſimilis erat. Primo de fract. t. 17. p. 457. v. 37. Nam periti manum admotum, ne os quidem eminens ψαυόμενον in contactu latere poterit. Et libro tertio t. 63. p. 470. v. 45. Manifeſtus eſt etiam articulus ψαυόμενον ad contactum. Tertio de art. t. 47. p. 486. v. 17. de vertebris: Quia vnum quodque ex his oſſibus ψαυόμενον ad contactum rotundum apparet. Et v. 27. Sed et ſi quis ipſos ψαύῃ contingat, ea parte repandi cedunt, et locus vacuus ac mollis hac parte ψαυόμενον ad contactum apparet. EUST. Vide Foeſ. p. 688.

b. Galenus in Exeg. habet ψάγδας, vnguenti genus quod-

PRINCIPIVM Ψ.

Ψαυόμενον) tactum.

Ψάδα) vnguenti ſpecies, cuius meminit Eupolis in Marica.

PRINCIPIVM Ω.

Ὤιξα) aperui, incidi, vt et Homerus inquit: Omnes autem ὤϊγνυντο, id eſt, apertae ſunt portae, et impetuoſe egreſſus eſt populus. Et rurſus: Ὤιξε, id eſt, aperuit autem portas thalami affabre facti.

Ὠρέοντα) inueterata; ὦρος enim tempus, et ἀρογραφοι, hiſtorici, qui de temporibus ſcribunt.

Ὠτίδα

[3] ὤϊξε *MS. D.* [4] περὶ χρόνον *MS. D.*

quoddam. EUST. MS. ψάδα. Sed Galenus quoque habet alteram lectionem videlicet ψάγδας. At apud Heſychium legimus, ψαδὰς, ψαγδῆς, μύρον ποιόν. ST. Vide Foeſ. p. 688. Heſych. quoque exponit μύρον ποιόν.

c. Suidas in prouerb. μικρὸν ὀβολᾶ τιμίον, Eupolidis comoediam μαρίκαν appellat. ST.

a. Primus locus Homeri, quem Erotianus citat, eſt in ſecundo Iliadis, v. 809. Secundus eſt in primo Odyſſeae, v. 436. Eſt et alter locus in vigeſimo quarto Odyſſeae, vbi in hunc modum ſcribit: Ὤιξας δὲ θύρας, ἐκ δ' ἤιον, ἦρχεδ' Ὀδυσσεύς. *Aperuerunt autem ianuas, et exiuerunt, praeiuit autem Vlyſſes.* EUST.

b. Galenus in Exeg. habet ὡρέοντων eorum, qui curant, nam ὥρα cura eſt. Quae expoſitio ab Erotiani ſenſu longe eſt diuerſa. Quod autem ὦρος tempus ſignificet, vt ipſe dicit, patet ex *his*, quae ſcribuntur. *Libro de aere, aquis et loc.* p. 75. v. 2. Quicumque artem medicam integre aſſequi velit, primum quidem τὰς ὥρας temporum anni rationem habere debet. Primo de diaeta p. 87. v. 38. Propterea quod neque in ὡρέων temporum anni maximis mutationibus etc. Tertio aphor. t. 1. p. 392. v. 20. Mutationes ὡρέων temporum maxime pariunt morbos, et in ὥργσιν temporibus magnae mutationes frigoris. Et t. 3. p. ead. v. 23. Et aetates quaedam ad ὥρας tempora, et regiones, et victus. Et t. 4. p. ead. v. eod. In ὥργσιν temporibus, quum eadem die modo calor, modo frigus fit. EUST. V. Foeſ. p. 639.

[c] Ὠτίδα καὶ ὠτίδος) ἑκατέρως γὰρ γράφεται. Ἔστι δὲ ὀρνέου εἶδος, ὃ πλεῖστον μάλιστα ἐν [x] Θράκῃ καὶ Μακεδονίᾳ εὑρίσκεται.

Ὠτίδα καὶ Ὀτίδος) vtroque enim modo ſcribitur. Eſt autem auis ſpecies, quae vt plurimum in Thracia, et Macedonia inuenitur.

[x] *Θράκῃ MS. D.*

c. Vide annotationem dictionis ὀτίδος. EUST. Lege ὠτίδος καὶ ὀτίδος, et vide infra obſeruat. ad Galen. in voce ὀτίδος. ST. Vide Foes. p. 694.

II

GALENI

OBSOLETARVM HIPPOCRATIS VOCVM

EXPLANATIONES

GRAECOLATINAE.

Γαλήνου

Τῶν Ἱπποκράτους [a] γλώσσων ἐξηγήσις.

[1] Τὸ προοίμιον.

Τὰς παρ' Ἱπποκράτει [2] γλώττας, ὦ Τεῦθρα, βελτιθέντι σοι διὰ βραχυτάτων [3] ἡμᾶς ἐξηγήσασθαι, προθύμως ὑπήκουσα τοῖς τοιούτοις ἐπιθυμήμασιν ὑπηρετεῖσθαι [4] κάλλιστα, κάλλιστον εἶναι νομίζων. Ἐσαῦθις δὲ, ὡς αὐτὸς [5] ἐκέλευσας, ἡ τάξις τῷ λόγῳ κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων τάξιν, ἀφ' [6] ὧν γλῶτταν τὴν ἀρχὴν ἔχουσι [7] πρότερόν γε [8] διορισαμένοις ἡμῖν, ὅπη διαφέρει τὸ πᾶσαν ἐξηγήσασθαι τὴν Ἱπποκράτους λέξιν, τὸ τὰς γλώττας [9] μόνας. Ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' ἐκέτι ἐστὶ, τὰ μὲν τοιαῦτα [10] γλώττας καλοῦσι, [11] καὶ ταύτας [12] ἐξηγησόμενος ἔρχομαι· [13] τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ὅσα ζητήσεως μὲν [14] οὐχ ἥττονος προσδεῖται, συνήθη δέ ἐστιν εἰς τάδε κατὰ τὰς τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν ἐξηγήσεις ἀμεινον ἐπισκοπεῖσθαι. Τίς γὰρ ἡ κρίσις, καὶ τί τὸ θεῖον, καὶ τί τὸ [b] ἀρτίως, καὶ [15] τίς [16] ἡ [17] ἐπ' ἄκρων εὐεξία, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, λόγῳ μὲν παμμήκεις εἰς ἐξήγησιν δεῖται, συνήθη δέ ἐστιν οὐδὲν [18] ἧττον ἢ βιός, καὶ

[1] *Haec v. ignorat MS. D.* [2] γλώσσας *MS. D. et sic cod. Mosq.* [3] ἡμῖν *MS. D. et cod. Mosq. at Corn. retinet* ἡμᾶς. [4] *quaedam exemplaria inserunt* τε, *et sic quoque MS. D. et cod. Mosq. sed Corn.* ὑπηρετεῖσθαι τὰ κάλλιστα. [5] ἐκέλευσες *MS. D. suprascripto tamen* α. [6] *post* ὧν *quaedam ex. addunt* αἱ. *In Aldina editione interpunctio mala.* [7] πρότερόν τε *MS D. et cod. Mosq.* γε *retinet Corn.* [8] διωρισάμενοις *MS. D. et sic Iunt.* [9] μόνον *ed. Iunt.*

a. Henr. Stephanus eodem modo, quo in Erotiano explicando, hic progreditur, eiusque animaduersiones et hic cum quibusdam ab Heringa profectis addemus, nostris quoque

LINGVARVM GALENI
hoc eſt
OBSOLETARVM HIPPOCRATIS VOCVM
EXPLANATIONES.

Prooemium.

